



**Reuerendissimi ac serenissimi principis Ernesti, vtriusque
Bauariae Ducis, in Leodiensium Principem cheirotonia,
illiusque in suam Ciuitatem, ac reliquas Leodinae patriae
vrbes, solennis inauguratio : In quibus omnibus, praeter
optimi Principis populiq[ue] officiosissimi mutua studia, variae
etiam Eburonum Prouinciae antiquitates, caeteraque id
genus memoratu digna, tum carmine, tum soluta oratione
explicantur. His accessit Tractatus de Boiorum origine, rebus
gestis, & Bauariae praestantia.**

<https://hdl.handle.net/1874/431468>

REVEREN-

DISSIMI AC SERE-
NISSIMI PRINCIPIS ER-
NESTI, VTRIVSQUE BAVARIAE
Ducis, in Leodiensium Princi pem χ εροτονια,
illiusque in suam Ciuitatem, ac reliquas

Leodinæ Patriæ Vrbes,
solennis

I N A V G V R A T I O.

In quibus omnibus, præter optimi Principis, populiq; of-
ficiosissimi mutua studia, variae etiam Eburonum Pro-
vinciæ antiquitates, cæteraq; id genus memo-
ratu digna, tum carmine, tum soluta
oratione explicantur.

His accessit Tractatus de Boiorum origine, re-
bus gestis, & Bauariæ præstantia.

A. Iohanne Polito Leodio.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-
cerote. M. D. LXXXIII.

ЯВЕРЕН

ДОСТИМІ АСЕЗ
ДОСТИМІ РІНГІЛІС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І

ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І

ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І

ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І

ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І

ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І
ДОСТИМІ ТАЛІАС-І

REVEREN-
DISSIMO, ILLV-
STRISSIMIS, ET SERE-
NISSIMIS PRINCIPIBVS, AC DO-
minis Ernesto, Episcopo Leodiensi, Administratori
Hildesheimensi, Frisingensi, & Stabulensi, Duci Bul-
lonensi, Marchioni Francimontano, Comiti Lossensi,
Longiensi, Hornensi, &c. necnon Guilielmo & Ferdi-
nando Comitibus Palatinis Rheni, utrinq; Ba-
varia Ducibus, &c. fratribus Catholi-
cissimis, Dominis Clemen-
tissimis.



I V mecum dubitaui,
Heroēs inuictissimi,
facturus ne opere pre-
tium essem, si exopta-
tissimæ illius Princi-
pis mei ad Leodinæ
patriæ Primatum electionis, celebri-
mæque inaugurationis triumphos ab
initio describerem. Quippe cùm certò
mihi persuasum foret, non defuturos
eos, qui in Principem & Patriam grati,
officiosis illa scriptis, & nostri sæculi
hominibus, & memori aliquando po-
steritati mandarent. Qua in redum ni-

EPISTOLA

nil omnino, aut cunctatius sanè quam
par esset, procedi intelligerem, non abs-
re facturum me existimauit, si cum cla-
rissimi Principis ingressum, qualem
multis antea seculis Eburonum non vi-
dere Ditiones, literarum monumen-
tis commendarem, ut Celsitudini pre-
sertim Tuæ, inuictissime Guilielme
Noricorum Dux, cæterisque Stemma-
tis tui Principibus, qui grauissimis de-
causis remorati, huic triumpho non
interfuere, aliqua saltem ex parte in-
notesceret, quibus Ernesti fratriis Celsi-
tudinem votis omnes Leodinæ Pro-
uinciae ordines exoptarint, quo cum
gaudio, hunc sibi electum Principem
viderint, quanto denique cum plausu
ac festiuitate, solenni pompa, Ciuitati
ac Patriæ suæ sese inaugurantem exce-
perint; præsertim cum ea C. T. conspi-
ceretur maiestas, atque amplitudo,
tam denique obnixum officiosissimi
erga ipsum populi studium, quale vix
ullam ante hac ætatem vidisse credibi-
le fuerit. Quis enim non admiretur
splendidissima illa Principum C. T.
Serenissime Erneste, honoris gratia
con-

DEDICATORIA.

constipantium agmina? tam insuper sedulum optimatum populiique occursum? tot festivas faces? tot ad omnia compita incredibili apparatu spectatorum edita miracula? aliaque id genus innumera, quæ tibi Patriæ Ordines, officiosa quadam ambitione certantes, miro animi feroce obtulerunt? Quam certè festinatatem, quis prohibet vel magnificentissimis Romanorum triumphis aut comparare, aut etiā aliqua ex parte præferre? Nullus enim inter ipsorum triumphos commemorari credo lætior potest, quam Scipionis illius Africani, Annibale deuicto, & Carthagine vtricibus flammis deleta, nullus autem celebrior, quam P. Acmilij, Persa Macedonū Rege, iusta acie victo, captoque. Sed cæforum oculis spolia spectare, hominum capita pilis præfixa, catenatum misero spectaculo hostem, incondito saltu viatis insultantem militem, lætius profectò dici non potest, quam tot Illustrissimorum Ducum intueri vultus, nobilissimas cernere pompas, tot egregijs Satrapis, nobilibus Pueris, con-

† 3 spicuis

EPISTOLA

spicuis equis admirandas, tot, inquam,
ornatissimas Legationes, Primatum
complexus, aulicorumque Procerum
cæmonias. Atque inter hæc tantam
vel è longinquo accurrentis populi
multitudinem, ut neque ea frequentia,
aut animorum studio ad Cleopatram
Aegypti Reginam, concursum olim
fuisse crediderim, cum prodigioso il-
lo apparatu ad M. Anthonium in Ci-
liciam, aurea naue, remisque argenteis
per Ciduum amnem, ipsa Veneris spe-
cie veheretur. Neque hic Augusti Ca-
faris triduanam quis mihi commemo-
ret triumphum, quod magnum qui-
dem ac memorabile licet extiterit, me-
dio tamen qui Actiacus dicebatur, ma-
xi mè contaminatus est, in quo scilicet
cæforum etiam ciuium monumenta
quædam, non sine multorum dolore,
ac gemitu spectata fuerunt, quæ certe
omnia, & humanæ sortis commisera-
tione, ipsis etiam victoribus lachry-
mas ciebant nonnunquam, & tristi pe-
ricolorum recordatione, intuentibus
horrorem frequenter incutiebant. Il-
lic igitur aliena calamitas crudelem
oculis

DEDICATORIA.

Oculis adferebat voluptatem, hic verò,
Vna singulorum lètitia, eodemque a-
nimorum sensu, cuncta serenabantur.
Illic insuper offenso, aut irritato ho-
ste, subinde bellum priore atrocius im-
minebat, vel si frænatus is esset, non nì
si vnius gentis arma pro tempore re-
primebantur, hic verò stabilem æter-
namque pacem certissimo sibi promit-
mittebant omnes. Persuadebat id no-
bis nobilissimæ vestræ familiæ præcel-
lentia, & ab animorum generosa in-
dole, innatum iusti desiderium, qui-
bus C. V. eximiè dotauit natura, auxit
educatio, firmauit consuetudo. Noue-
rant etiam omnes, ijs vos maioribus,
eo sanguine satos, qui ab Regibus &
Cæsaribus fœlicissimè progeniti, virtu-
tum suarum cumulos omnes, in ve-
strum vnoquoque deriuassent, non ig-
nari illius Horatiani :

*Est in iuencis, est in equis patrum,
Virtus, nec imbellem feroceſ
Progenerant aquila columbam, &c.*

Inuictissimus enim vester ille parens
Albertus, tanta cum subditorum gra-

EPISTOLA

tia, tantaque cum laude vite suæ cursum exegit: ut neq; Cœsaris Augusti felicitas, neque Fl. Vespasiani clementia, neque Alexandri Seueri integritas, aut Scipionis Africani continentia, in eo vñquam fuerit desiderata, adeò in illum conueniebat istud Homer.^{Khus, uer-}
^{yass.} Qui etiam vel hoc nomine, prædictos omnes facile antecellebat, quod melioribus annis natus heros, fidei ac auitæ Religionis, velut alter sui temporeis Athias, subiectas sibi vastissimas Ba-
uariæ ditiones, vel in turbulentissimo conspirantis Germaniæ statu, aduersus quævis imminentia pericula, fortiter adseruerit: Mater autem Anna, præter Ferdinandi Cœsaris inuictissimi sui parentis incomparadas imagines, ranta in rebus agendis dexteritate, mode-
stia, atque pietate semper enituit: vt ea vna, nec Penelope ipsa castior, nec Claudio religiosior, nec Cornelia Grac-
chorū nobilior, aut Alceste viri aman-
tior, vel Niobe denique fecundior vñ-
quam extiterit. Quæ pulcherrima pro-
le parens subinde facta Prouinciæ no-
stræ saluti, in eo cōsuluit maximè, quod te no-

DEDICATORIA.

te nobis Inclyte Ernesto, cælitùs refer-
uatum Principem, prospere aliquā-
do partu protulerit. Sciēt proinde mor-
tales, nondum omnino deploratā esse
meliorum temporū spem, postquam
Stemmate clarissimos Duces, Religio.
ne pientissimos, familiæ viribus, atque
industria præstantissimos, necdum sibi
deesse intellexerint : si per saeuissimas
furentium animorum tempestates, ad
Reip. Christianę præsidium natis Prin-
cipibus, suaptè virtute vti concedatur
Verū, vt Homeri verbis vtar cum ταῦτα
δέοντα γέγονται κεταύ. de his plura dicere
supersedebimus. Vobis igitur iniunctis
simi Principes, hoc qualemque mu-
nusculum offero, non quod illud adeò
dignum censem, vt tantorum simul
Principum, coniuncto indigeat patro-
cinio, sed arcta illa inter vos eiusdem
familiæ, animorumque necessitudo fa-
cit, vt quod vni vestrum honoris, atq;
triumphi delatum est, reliqui & sibi id
factum non iniuria existiment. Quæ
etiam res efficit, vt vos simul alloquen-
do, vnicum tantum Principem com-
pellare me putem. Nam & Castori ac

EPISTOLA

Polluci fratribus indiuidui inter ipsos amoris ergo , tanquam vni Diuō , superstitione litauit gentilitas. Et Marcum Anthonium, ac Aelium Verum Imperatores , ob mutuam quam inter se deuinciebantur amicitiam, adeò Populus coluit , vt diuos fratres nuncupauerit , ipsorumque sanctiones , ob vno solūm Principe promanatas existimari. Quibus accedit , quod sempiternæ memoriae Alberti parentis vestri exemplo , bonatum artium fautores præcipui . ab incunte ætate fueritis , vt nemini mirum videri debeat , si liberalium cultores studiorum , omnes sint vobis animo , ac benevolentia addicti. Sumite igitur Magnanimi Fratres , affectus hocce nostri erga Celsitud. V. testimoniū , quod iam vnā cum scriptore vobis mancipatum est , neque enim seruorum tantum personæ in Dominorum sunt potestate , verū & ea quæ sunt peculij. Quod si ab I. V. Celsitud. probari intellexero , annum ad maiora haud dubiè perficienda addideritis. D E V S Optimus Maxi-

DEDICATORIA.

Maximus I. V. Celsitud. Inuictissime
Principes , nobis 'ac toti Reipublicæ
Christianæ quam diutissimè incolu-
mes tueatur.

Illustrissimarum V. Celsitud.'

deditissimus Cliens

Johannes Politus
Leodius.

CLARIS.

*ut seruari
modis nra*

CLARISSIMI ET
CONSULTISSIMI DOMINI
GODEFRIDI TAXII I.C. NEC.
non Sereniss. Principis Leodien. Con-
siliarij ac Referendarij, necnon
Cancellarij ac Locumtenen-
tis Stabulensis, Car-
men.

DV M Liuius fera bella canit, dū prælia Cæsar,
Inclyta magnificis decoratur Roma triumphis.
Quid magnus foret Alciades? quid strenuus Hector?
Græcia quos tantum miratur, & Itala tellus?
Obruta tot procerum tenebris pia fama iaceret
Scriptorum ni docta manus comitante Minerua.
Fortia facta virum memori transmitteret suo,
Perge Polite igitur, quo te vocat ardua virtus.
Scandere, & insignem Patriam, nomenq; genusq;
Principis ERNESTI ventura in secula condas.

SEBA.

SEBASTIANVS DVPHAE
IVS ANGLVS, SPIRITALIS
Curiæ Leodiensis Aduocatus clarissimus,
ad Iohannem Politum, artium
I. V. Licentiatum.

R Vpe sub Ascrea nunc es lapis arte politus,
Qui penitus lœcens asperitate cares.
erno tunus nihil est aliud quān ferræ leporis,
Sic Zephiro dulci singula verba fluunt.
Nulla sollecismo loca sunt, ita cuncta coherent,
Fœdæq; barbaries, non sicut ansæ segni.
torro, quam laudem tua carmina terfa merentur?
Subfisto, non est dicere posse meum.
Laudo tamen, quantum iustus concedit Apollo,
Et mea quam veneror Musa, meusq; labor.
led quid ego blesius, coner laudare Mineruam?
Laudent qui possint, & magis arte valent.
ttamen, hoc vnum sincero cor defitebor,
Dicere non dubitem, vana Maronis adeft.
Ego cresce vigens, & Mæcenate secundo,
Quo pede cœpisti perge placere bonis.

AD HVNC IOHANNIS PO-
LITI LIBRVM, ROBERTI
Quercentij, Collegij B.Iohannis
Euang. Leod. Cannonici,
Prosopopœia.

Liber, imprimisq; pete alta Palatia, nostri
Principis ERNESTI, prospera cuncta precas.
Vade,

Vade, age, nec dubites, venias quin gratior illi,
Sat scio, plausibili suscipiere manu.
Hic quoque te insignem Guilielmi confer ad Aulam,
(Dux Bauaros magna sub ditione regit)
Ut cui non licuit fratribus spectare triumphos,
Te legat, in scriptis se exhibilaretq; tuis.
Tam manifesto etenim paucis quaq; ordine narrab,
Ut se oculis Lector cuncta videre putet.
Perge igitur, nec te differ præbere legendum.
Principibus claris talia scripta placent.
Hac ratione tuo poteris prodesse Polito,
Qui studuit te sic arte polere sua.

DOMINI ET M. LAUREN-
TII BALISTAI, LEODIENSIS AR-
CHIPRESBYTERI, CARMEN DICOLON
ad M. Johannem Po-
litum.

C Arpere Meonij diuina, poëmata vatis,
Nullus Castalij fontis amans potest.
Naviq; exanlatos ducis alto marte labores
Arguta cecinit Dulichij lyra.
Cur modò Parthenoo tumulatus cessite. floret
Grandi per latias laude plagas Maro?
Num quia Dardanij laudes Ducas intulit astris,
Eius grandiloquis gesta canens modis?
Obruta magnanimi cum compore fama iaceret
Alcidis, superi grande decus Iouis:
Hanc sacer Oetae ni diripiisset ab igne,
Admoto graphio laurigerum chorus.

Cecil

Cecropiae Musarum arces laudantur Athene,
Astraea titulis, Sparta nutrix viget.
Eloquij pater in celebres, & marte potentes,
Oris larga sui flumina dissipat.
Quem non Ausonios cedro signare triumphos,
Et præclara iunat facta Quiritium?
Conticeant Musæ, digito premat ora disertus,
Cædant historicum desidia stylis:
Cymmerijs vrbesq; ducesq; & secla tenebris,
Inuolui subito conficias gradu.
Perge itaque, & quonam cœpisti, dirige gressum.
Heroum potis es laudibus immori.
Perge Polite tui monumenta decor a polire,
Parnassi resono culmine Principis.
Te iuuet aduentum Latio splendore, celebrem
ERNESTI, Clario vate loqui duce.
Auguror aligatum circum tua temporacentum
Argi aptasse oculos, Maiugenam tibi
Heroas quibus insignes & sanguine claros,
Posse perspicuo cernere lumine.
Imo aures totidem, fusas quibus vndique laudes
Haurires, tibi vix defore dixerim.
Nam nihil exactum, vel in auras ore recussum,
Quod non Musa tuo pollice strinxerit.
Quin etiam exertam, vel in imo corde retrusam
Plebis Legiacæ letitiam notas.
Sic meritis Heroa tua, sic laudibus Vrbem,
Sic res, macte animo, peruehie patrias.
Vena fluit, tua scripta placent, age tramite recto,
Boij castra Duci Norica permeens.

Qm

*Qui tibi gymnaſtes ſuit hættemus, encomiaſtes
Morſus hinc reprimens zoileos erit.*

ANDREAS DE SOMME,
Poëta Leodius, M. Iohanni
Polito,

*Non fuit ex Muſis ERNESTO Principe digna
Vifa Ioui, genuit Iupiter inde tuam.*

S O N N E T:
Dudit Seign. au même
Autheur:

VOicy ce grand Poly, ce braue champion,
Qui premier des Liegeois tout pouldré
nous amenne,
Le Dieu Patarien, & la sainte neuffaine,
Honorant par ses arts toute ſa nation.

Voicy dy-ie reluy, qui defiant Cloton,
Lachefis, & encor de leur ſœur inhumaine,
L'homicide couteau ſe plante ſur l'arenne,
Pour ſon Prince affrancir, du tribut de Pluton.

Prince tu es heureux, car la reuire noire,
Ne ſouillera jamais, de tes faire la memoire,
Et iamais de Poly, ne mourront les vers.

Ainsi q'vn fort Atlas d'yne eſpaule puiffante,
Il portera le Ciel, de ta gloire pesante,
Et loin, loin, pouſſera ton loz par l'vniuers.

REVE

REVEREN-

DISSIMI AC SERE-
NISSIMI PRINCIPIS ER-
NESTI, VTRIVSQUE BAVARIAE

Ducis, in Leodienfum Principem Xagotovia,
illiusq; in suam Ciuitatem, ac reliquas
Leodinae Patriae Urbes,
solemnis

IN AVGVSTRATIO.



LLVSTRIS.
simo fel. memo-
rię Cardinali Ge-
rardo à Groes-
beek, Leodiorū
Principe, 4. Cal.
Ian. Anni 1581.
vita functo, eò
res Eburonū de-

uenerant, vt neque Populus à iustis a-
missi Principis longè clementissimi la-
chrymis temperare posset, neque per-
turbatissimorum temporum urgente
necessitate, à noui Antistitis, qui Rem-
pub. pientissimo Patre orbatam restau-
raret, electione, vterius cunctandum

A

existi.

existimaret. Versabatur enim ob octulos, quanto in discrimine, in auditis ante bellorum procellis vicina agitatur Belgica, quæ Marte iam trilustri in varias inclinata Religione partes disjecta, extrema quæque potius preferenda induxerat, quam ad æquas pacis conditiones, cum suscepti semel negotij iactura, vel fessis animis sese adduci permitteret. Tantaque omnium pertinacia res gerebatur, ut Prouinciarum quævis opulentissima, à Meridie ad Septentrionem, per ipsos etiam Oceani accolas Batauos ac Phrisones, bello mota suo aut externo cruento maderet, & totis quindecim annis, nihil tot clavigibus reliquum, Mars & fortuna fecis.

Regnorū & Prouinciarū Europa statu. Anno 1581. se viderentur. Quiescebat interim Galia florentissima, inque summa rerum tranquillitate Regnum illud amplissimum Henricus III. ciuilibus tandem bellis defunctus administrabat. Fuebatur & Germania seculo pacis ocio, nec ipsis quicquam hoc tempore metulebatur, pactis inducijs, & Amuratheturcarum Imperatore, Persico bello late implicito. Eandem porrò status

sui

sui tranquillitatem, Anglia, Scotiaque
finitima, ac totius per Aquilonem,
Danorum, Balthici, ac Suecici maris
tractus, prosperiore aliquando forte
subibant. Et Sereniss. Poloniæ Rex,
peracto nuper Moscouitico bello, di-
tionum suarum limites, aduersus fero-
cissimum hostiū impetus, fortiter ad-
ferebat. Hispaniam autem, cum potio-
ri Italiz parte, maximisque Mediterra-
nei maris Insulis Philippus Rex Ca-
tholicus, iamdiu summa in pace mira-
bili quadam dexteritate continebat.
Quin nec minorem tum Reip. suæ se-
curitatem efferebant Veneti, qui com-
mutandis per extera Regna mercibus,
aliquot iam annis totum Orientem
(cum nullus instaret hostis) turò perua-
gabantur. Atque adeò omnia per Eu-
ropam reliquam quiescebant, ut totius
Christianæ orbis tranquillitas, vnius
Belgij luctuosa clade, à dijs immortali-
bus redempta videretur, in cuius etiā
calamitatem vicini oculos ociosè in-
iecti, amplissimam fouendi belli mate-
riā, missis hinc inde militaribus suppe-
tijs subministrarent. Accdebat ad hęc

Lusitania Lusitania potentissimis Hispaniæ Regniis recens adiuncta, quæ fatis velut Regno ad conspirantibus, tantum abest, ut finem iuncta. hisce malis adferret, quin potius obdurate iam belli diuturnitate animis, suspecta magis, ac formidulosa Inuitissimi Regis Philippi potentia, tanto rerū successu esse cœperit. Restabat itaque sola fermè Eburonum Prouincia, cuius eo magis curāda erat incolmitas, quod Populis, ac Vrbibus frequens ditio, inter tot ac tātas afflitti Belgij tempestates, S. Rom. Sedi, Principique suo, semper obedientissima perstisset, atque ob id vnicum oppressæ Religionis asylum, cælitùs his temporibus reseruatum videretur, cui in tanto vicinarum Prouinciarum motu, periculum imminere nemo non prouidebat: nisi Antistitis noui electione, pullulanti bus malis, tempestiuè obuiam iretur.

Ernestus Erat per id tempus Illustriss. Bauariæ
Bauariae Dux Ernestus, Summi apud Leodios templi Canonicus, qui Hildeshemen-
Dux ad semi, ac Frisingensem Ecclesiam, raris
Eburonū animi dotibus insignis administrabat.
fines inui-
tatur. Hunc igitur singularis præstantiæ ergo Eccle-

PRINCIPIS ERNESTI. 5

Ecclesiæ Leodinæ Canonici, maturo consilio, proprius ad Eburonum fines euocandum statuunt, ut ferente sese occasione, commodius per breuiora locorum interualla, cum eo de Patriæ rebus communicare liceret. Accedit itaque ad auunculum suum, Illustrissimum Iuliæ, Cliuiæ, & Montium Ducem, nec diu ibi moratus, ut communitem cum reliquis Leodij Canonicis residentiam subire vellet, missis ad ipsius Celsit. Legatis, inuitatur. Nec mora, ubi cæli, ac temporis prima commoditas affulsa, quo omnium in se votis satisfaceret, Leodium versus, sese accingit, atque demùm Vrbem, ad cuius gubernacula à Dijs immortalibus destinabatur, multis S.C. obuiam prudeuntibus, frequenti ipse equitum agmine stipatus ingreditur, nono Calendas Febr. sub serum illius diei, tanto si quidem omnium Ciuitatis ordinum plausu, ut quamuis ex virtutu, ac stemmatis ipsius fama, hunc sibi diuinitus reseruatum Principem, populus auguraretur: conspecto iam oris eius habitu, insignique morum præstantia, ad

Ernestus
Leodium]
primo in-
greditur.

A 2 firmio.

firmiorem spei suæ corroborationem, gens præsaga, ac desiderio penè confecta accenderetur. Princeps interea omnium in se studium admirari, benevolentiam colere, ac singulis, qualem & ipse erga populum officiosissimum affectum gereret, non obscuris argumentis testabatur. Expleto itaq; hunc in modum, paucorum dierum curiculo, electioni dies dicitur. Dumque in

*Legatorū
Ducis Andegauen.
in Capitu-
lo Leodiensi ha-
bita ora-
tio.* eo cardine res versaretur, ad sunt Legati Illustrissimi Ducis Andegauensis, qui Dominis electoribus salutem Principis sui nomine postquam exoptassent, hactenus egregiè semper conseruatam Leodinæ Patriæ libertatem, deinceps maximè curandam multis rationibus commendarunt: eam autem in tanto fluctuantis Belgij discrimine, aliter tueri posse pernagabant, quam si eum, qui neutrius se partium (quibus vicinæ Prouinciae dissindebantur) factio addiceretur, sibi Principem eligerent. Ad ea hoc ferè sensu, Gallico sermone pronunciato, quod nihil quam ciuilis, ac pendentis consilij plena videretur oratio: breuibus responsum est, Im. pensè

pensè lœtari Dominos, gratiasq; quas ^{Capituli}
 possent maximas, pro Illustrissimi Du
 cis erga ipsos affectu agere, curandum.
 que, vt qui propositæ libertatis, acerri
 mi vindices, à priscis temporibus fuiſ
 sent, eam nunc pari vel maiori etiam
 diligentia, pro virili saluam, integrum.
 que præstarent. Laborabatur interim
 gnauiter ab Electoribus, nec quisquam
 illorum erat, qui nō in suis votis, spem
 omnem, salutemque Patriæ repositam
 arbitraretur. Sciebant etiam cordatiſ
 simis, ac nobilitate præcellentibus vi
 tis, nihil antiquius esse debere, quam vt
 naclam iuxta prouerbium Spartam o
 mni qua possent ope, consilio, atque
 industria, aduersus quævis pericula im
 minentia fortiter assererent. Totis ita
 que animis in Illustrissimum Ducem
 Ernestum multis de causis propende
 bant, singuliqe ipsorum Leodinæ Pa
 triæ gubernacula, tam potenti ac indu
 strio Rectori, hac rerum tempestate
 non immerito tradenda censebant.
 Versabatur enim multorum animis,
 quam exactis olim temporibus grata,
 ac de Leod. Repub. semper benemerit.

3 IN AVGVRATIO

ta fuisset domus hæc Bauarica: Perpendebant vexillos (quamuis multos) ditioni huic Stemmati illius præfuisse Antistites, qui non insigni aliquo summae virtutis ædito testimonio, Principatus sui splendorem cohonestasset. Nouerant probè, quā è Rep. foret, cum sibi Pastorē diligere, qui vt Hannibal puer, Romanorum olim, ita hic & hexesum te iuratissimum fore hostem ab inéunte ætate professus: Religionem pro innata sibi pietate protegere, & Patriam ipsam viribus ac potentissimè familiæ præsidio, tueri quām maximè posset. Succurrebat inter cætera, quanto semper inuicti animi robore felmem. Parens eius Albertus, subiectas Bauariæ ditiones, in medijs etiam Germaniæ tumultibus, in officio continuisset, non ignari illi, Patris mores filiū plærunque referre solitum, nec imbellem feroce Aquilas progenerare columbam. Aduentabant inter hæc Leodium, Brabantiaæ Statuum Legati, qui bus id muneris incumbebat: vt Leodinæ genti cum reliquis Belgij Prouincijs amicitiam, cum vicinarum inter se ditionum

*Statuum
inferioris
Germanie
Leodium ad-
uentus.*

tionum necessitudine, tum foederis inter Eburones, & domū Burgundicam aliquando isti sacramento conseruandam, enixè proponerent. Nec latere inferioris Germaniæ Proceres dicebant, quanto semper studio in eam fouendam, Leodini propendissent. Recentissimā memoria obuersari, quanto cum labore atque industria, Illustrissimus fel. mem. Cardinalis à Groesbeek, affl. dum tot malis Belgium, ad tranquillitatem statum, intimo quodam animi sui desiderio, reducere conatus esset. Verum fatis tunc velut obstantibus, prudenter ab eo tentatum, atque exactum Pacis negotium, à Dijs immortilibus in meliora tempora hactenus resernari. Cuius iacturam in tanta vacantis Leodinæ Sedis opportunitate, cōmodius haud reparari posse, quam Illustrissimo Archiduce Matthia Cæsar's filio, in Antistitem electo, multis rationibus comprobare nitebantur. Verum ad ea proposita, quod paulò quam expederet, serius Legati aduenissent, cum vix quicquā responderi posset, re infecta, domum reuerterunt.

A 5 Tan.

Tanto autem inter hæc animi ardore
 populus sui desiderij complementum
^{Populi af-} expectabat, vt omnia vrbis meditullia,
^{fæctus.} ac singulos penè fori summiq; Templi
 aditus , sui numerositate obstrueret.
 Nec deerant ex plebeis , qui impresso
 affectui imperare non valentes , salu-
 tem suam periclitatam iri in propatu-
 lo dictitarent , si alius quispiā Illustriſ-
 simo Bauariæ Duci , Electorum votis
 in Principatu præferretur. Alij bona
 spe , & confidentia pleni triumphum
 ante victoriam , quam certo sibi pro-
 miserāt mutuis acclamationibus con-
 gratulabantur. Longa interim à Sum-
 mi Collegij Canonicis , consultatione
^{Ernestus}
^{vtriusque}
^{Bauariæ}
^{Dux, Ebu}
^{ronū Prin}
^{ceps decla}
^{ratur.} habita , subducto omnium calculo , Se-
 renissimus Ernestus Bauariæ Dux , Spi-
 ritu sancto collaborante , Leodinæ Pa-
 triæ Princeps , & Antistes declaratur ^{2.}
 Cal. Febr. Anni 1581. Quod ubi in Ae-
 de Summa , eminus Populo , tribus ex
 more idiomatum varietatibus est re-
 nunciatum , illicò tanquam præ gaudio
 immoderato , obortum murmur to-
 tius Ciuitatis , ac suburbij compita sic
 peruasit , vt magna hominū pars pro-
 prij

prij status ac decoris oblita, inter infi-
mæ plebis catones exultabunda cursi-
taret. Et optimus quisque totius vitæ
suæ votis abundè iam satisfactum ar-
bitrabatur, quòd talem sibi dexteriori
aliquando sorte electum Principem
videre licuisset. Cernere tum erat Pop.
Ro. facies, quum ad Imperij fastigiū re-
cetes electos Cesares Augusti acclama-
tione crebrius salutarent, & Imperato-
ri Tacito, hanc vocem, QVIS M E.
LIVS Q V A M LITERATVS
IMPERAT? subinde ingeminarēt.
Per diuersas etiam fori partes, accensi
ignes micabant, quorum flamma ni-
tro perfusa, bellicum fumū tanta den-
sitate emittebat, vt superiores aëris re-
giones intensissima sui caligine, ad in-
star serè noctis obscuraret. Persona-
bant interim majoris molis campane,
& à fori parte ex triginta duobus Mini-
steriorū Collegijs decemuirī, quatuor
autem balistariorum Urbis societates,
in Campo Floræ crebris sclopettarum
ictibus nouo Princi aggratulaban-
tur, quos omnes singulari sua humani-
tate hilares, liberatiq[ue] munere dona-

Leodiensis
Pop. mi-
rus ob ele-
ctum Prin-
cipē plau-
sus.

natos, Sereniss. Princeps domū remisit. Quibus hunc in modum pactis, in Reuerendi ac Generosi D. Guinandia Vvingarde Leodien. Præpositi cedibus, Electores Canonicos, prandio magnificientissimo excipit, & proximè instantie Purificationis solemnitate, Supplicationi publicæ, ac sacrosancto summae Missæ sacrificio, cereum cum reliquis manu gestans, deuotissimè interfuit. Dum itaq; plusculi temporis mora, omnium Patriæ ordinum desiderio indulget, nihil tum ab ipso humanitatis, tum à Populo relictum est officij, quo minus amor ille mutuus, cunctis testatissimus redderetur. Cùm etiam Leodinæ Virbis artifex quisq; præstantissimus, Poëtæ, ac Musici, omnia qua possent sedulitate, clementissimi Principis laudes decantarent: iuuit & nos sequentes ludere versus:

*Inlyte Casareo Dux, & fate sanguine Regum,
Grata refers ERNESTI tuis, quem Norica tellus,
Magnanimis quondam multos regnata per annos
Regibus, inuicto Proauorum Stemmate, fines
Mittit Eburonum, patria virtute, potentem
Imperio populum, tranquilla in parte tueri.*

Sume

Summe igitur facilis Princeps mea carmina, Regi
 Liligerò, celebri quondam nec spreta Gerardo.
 Quæ tibi promit amor, quæ non peritura voluntas
 Aspice sollicito signantem pectore turbam,
 Principis ora sui : tanquam Ioue missus ab alto
 Ipse fores terris, per quem inclinata vigeret
 Relligio, Patriæq; decus, nomenq; maneret.
 Non tanto applausu Tacitum Romana iuuentus,
 Audijt esse Ducem, claris licet illa triumphis,
 Edomitum Patrias sub leges cerneret Orbem.
 Illa velut mirata Numam, geminosq; Catones,
 Fulmina Scipiadas belli, & te maximè Cæsar
 Imperio, sic te Princeps E R N E S T I feroce
 Condrusij, te Centrones, & fortis Eburro,
 Exultant dare iura suis, & condere leges.
 Erige sublimes felix Eburonica vultus,
 Alma parens, natale solum, tibi candidus exit
 Iste dies, festa decorandus fronde corona.
 Tu quoque pone metum, bellis agitata cruentis
 Belgica, iam nostris præbens sua lumina Tytan
 Montibus, insignis radjs virtutis, & æqui,
 Tristia vicino depellens nubila calo :
 Aærea tranquilla renouabit tempora vita.
 O Deus alme Pater, nostri cui cura Pænates,
 Qui Clerum atque Vrbem, Leodina Palatia seruas,
 Cuiq; diu Imperium stetit hoc, cui legia sacro
 Thure litat, tueare virum, longosq; per annos,
 Hoc Duce pulsa quies redeat mortalibus ægris.
 Grata redux Astræa soror, probitaq; fidesq;
 Floreat, & cæca soluant formidine terras.

Populo

Populo autem Leodiensi hæc verna-
culis carminibus scribeba-
mus :

Demande tu Liegeois si la guerre enflammée,
 Dessouz ce Prince humain se verr a consommée?
 Ouy, n'en double point, celuy n'aime discord,
 Qui des ses ieunes ans à chery la concord',
 Proueu que les humains, auuglez de malice,
 De leur mesme ne soyent souillerz de malice.
 Il a chery la Muse, & desireux d'auoir,
 A ses rares virtus, compagné le scauoir :
 Prince tressoucieux, & Provinces Lointaines,
 Mentes fomis s'est baigné aux secr̄ts fontaines,
 Du Dieu Patarien, asin que sans mespris,
 Des vertus & d'honneur il remportast le pris.
 Il r'estoit reserué de Dieu qui tout regarde,
 Peuple, pour maintenir tes terres souz sa garde.
 Cognois doncques Liegeois la main du toutpuissant,
 Qui te voit à toute heure, & te rend florissant.
 Garde les bonnes meurs Peuple de hault couraige,
 Puis que tu as du Ciel les faueurs en partage.
 Fuy tout ambition, & l'injuste proces,
 Ne permets des meschans iiii: punis les excess.
 Aime de ta Cil c l'union tant louable,
 Qui de tous eſtrangiers ta rendu admirable.
 Porte au Prince bon cœur cela veult la raison,
 Soit au temps fortune, soit en l'autre faison.
 Car iamais du plus fort ne fleschis aux alarmes,
 Quāt pour tō Prince en camp, tu prins les iustes armes
 pren

Pren doncques bon courage, & reuere son lieu,
Qui honore son Prince, il honore son Dieu.

Anni dictæ electionis tempus, in
hoc disti ho contine.
batur.

*Tristia peL Le proCVL præstans EbVrnIcateLLis,
TVta SVb Ernesto PrInCipe seMper erIs.]*

Postquam autem nullus finis aut
modus indulgendis affectibus impo-
neretur, labente paulatim tempore,
Princeps prudentissimus redditum co-
gitat, ut rebus in Germania ritè com-
positis, curisque externis vacuus, maio-
ti mole in Leodinæ Patriæ gubernacu-
la incumberet, ac suis tandem redux
optatissimus adueniret. Tertio itaque
Idus Februarij, hiberna fauente aura,
Leodio digreditur, quo etiam die Sta-
bulensis ei administratura, ne quicquā
sollicitantibus, alijs plerisq; miro Ele. *Ernestus*
lectorum consensu, concredita est. *Eburonii*
Tantum interim potuit apud corda- *Princeps*,
tissimos ciues Illusterrimi Ducis fa- *fit Admi-*
ma, atq; illex virtus, ut perdurante qua- *nistrator*
drumestrīs, & amplius Interregni spa- *Stabulenz*
cio,

spacio , nulla in tam vasto ditionis corpore vel conflitantibus circun- quaque vicinis prouincijs rerum vn- quam nouarum eruperit molitio. Qua tamen in re , seu Populi erga Princi- pem plus valuerit animus , seu prestan- tissimi Magistratus vigilantia , sive v- trunque dicere oporteat : vix satis scio : Clarissimi sanè illius anni COSS. ab ipso fel. memor. Illusterrimi Cardina- lis à Groesbeek obitu , ad auspiciatam hanc inaugurationem , omnibus sedu-

Leodini lò aduigilare , singulis prospicere , pul-
Magistra- lulantibus Reip. morbis matura reme-
tus, absen- dia adferre , noctu , diuque horsum il-
te Princi- lorum cursitare , postremò nihil sibi
pe, vigi- ignoscere , quo Ciuitatem & Patriam
lantia. Principe suo orbatam , omni qua pos-
sent ope in pristinum splendorem vin-
dicarent. Quorum præsertim opera fa-
ctum est , vt neque in electionis ipsius
die , necque toto etiam inaugurationis
triumpho , in tanta incolarum exter-
norumque frequentia , vel minimum
incommodi perpetua sit Ciuitas , vt Fa-
bios illos ac Tullios Rom. COSS. suæ
virruris splendore iam obscurasse vi-
dean-

deantur, qui eos vel hoc nomine ante-cellere absque iactantia dici possunt: quo præclarius est malis ne nascantur, mature obuiam ire, quam orta iam, non sine armis, ac ciuium sanguine (vt illi) maximo sæpè Reip. periculo pro-pulsare. Quod igitur in plerisque natu-onibus præsentis Domini raro impe-trat id ei Patriæ pietas, vltro præstabat *Populi in absenti, ut gens, natura alioqui bellico.* Principè sa, ad vnius sui Principis desiderium, *amor & omnes mentis suæ rationes, omnes a pietas præ nimi neruos dirigeret.* Augebat non-*cipua.* nullos (nec sine causa) amantissimi Ducis diuturnior absentia, perpenden-tibus singulis, quid in tanto Principe possiderent, quantumque iacturæ Res-publica passura fuisset, si eum vnum a-mitterent, in cuius salute, fortunas su-as omnes, pacem, opes, otium, ac vni-versam denique fœlicitatem suæ sum-mam non immerito reposuissent. Ad hæc quo languentis animi sui propen-sionem vberius testarentur, D. Gode-fridum Taxis, Serenissimi nunc Prin-cipis Referendarium, Legatum ad ip-sius Celsitud. in Saxoniam mittunt,

B qui

qui eam de Patriæ sūx ordinibus, ontia benè sperare iussām, ad maturam redditum, omni qua posset sedulitate, atque obrestatione prouocaret. Quis autem referat, quām sedula pietate, quibus sacris, ac precibus, Numinum fauorem sibi tum demererit populus studuerit? vt illorum benignitate, festiuissimum Principis exoptatissimi redditum, videre aliquando liceret? Admirandum plerisque pietatis exemplū videtur, quōd populi Romani ordines olim quotannis ex voto stipem, pro Cæsaris Augusti incolumitate, in Curtianum Lacum iaciebant, quo sanè Principe nemo vnquā fuit Patriæ charior, nemo in Imperio felicior, multò etiam magis mirum censembitur, quod Cal. Ianuarijs, strenam in Capitolio, etiam absenti mitterēt. Verūm hic pop. Lcod. non superstitiona assentatione, sed religiosissima pietate, non proph. Populi de-nis (vt illi) gentilium victimis, sed pūsiderium. rissimis votis, nihil aliud à superis & què optabant, quām Principis sui redditum, & incolumem, & maturum. Nec ea sagacissimum per se Principem late.

latere poterant, quin subditorum an-
helanti desiderio perspecto, citius for-
te quam pro negotiorum ingenti mo-
le daretur, ad Eburones redditum ma-
turaret. Ad cuius prætereuntis gres-
sum, dictu mirum, quam Rhenus, ac
vniuersa fermè Occidentalis Germa-
nia, sese officiosa exhibuerit. Nouerat
quippe Regionum illarum Principes,
quam inuidi semper, ac de Romano
Imperio benemeriti essent potissimi
Boiorum Duces, è quorū etiam stirpe
totius Septētrionis Reges, & Occiden- *Ludou-*
talis Monarchię Cœsares, magno Chri-
stiani Orbis commodo, delecti ali
quando fuissent. Cum ingenti itaque
agmine flumen Rhenum transgressus,
Illustrissimum Iuliæ, Cluiæ, ac Mont-
ium Ducem, ad congressum sese pa-
rantem inuenit. Tandem Visetum, pri-
mùm ab ea parte Ebironicæ ditionis
Oppidum postquam peruenisset, ma-
gna omnium loci incolarum alacrita-
te excipitur, oblatasque in ipso ingre-
su Oppidi claves, Consulibus summa
cum humanitate restituit, ac confi-
dere se inquit, vt quemadmodum ipsi

cus Bau-
rus, Rober-
tus Bau-
rus, &c.

Cœsares.
Christo-

phorus Da-
nia, Sue-
cia, ac

Nortue-
gia Rex,

&c.
Princeps
Visetum

aduenit.

hactenus semper, ita & in posterum,
eas pro solita integritate, ac fide serua-
rent. Dicitur subinde ad D. Hadelini
Canonicorum Collegio insignem Ba-
silicam, in qua T E D E V M Hym-
no hilari voce decantato, actisq; Deo
Optimo Maximo solennibus gratijs,
ad conuiuium Regali magnificentia
apparatum proceditur, cui accumbens
Princeps, insigni ex argento patera
deaurata, ab Oppidi primoribus dona-
tus est, quam hilarior iam factus, fratri
Ferdinando nequicquam refugienti,
cum propinasset, ab reliquis etiam per-
gyrum conuiuis ex ea bibitum est, di-
cente praesertim Princepe primum il-
lud esse munus, quo in Patriæ suæ in-
gressu à suis cohonestatus esset. Inter-
ea Aremburgius Princeps Visetum in-
greditur, sed non diu ibi moratus, ad
Abbatiam Veteris (quam dicunt) Vi-
neti, designatum sibi hospitium, Mo-
sa transmiso pergit. Illustrissimus au-
tem Iuliæ Dux agrum Heruensem pre-
terequitans, Herstallium ad Nobilem
Agnetem de Bongart, loci dominam
diuertit. Nec minus inter hæc Dux
ipse

ipse Arschottanus, 16. Calend. Iulij Leodium ingressus, cum plerisque ditionum S.M.Hispaniarum Proceribus sese ad Illustrissimi Principis occursum parat. Ingens etiam Leodinæ Vrbis ac Territorij Satraparum primorumque ciuium numerus, eo loci honoris causa tempestiuè confluebat, & postera micante aurora, totius penè ciuitatis vulgus, quo cōmodius tantæ rei spectaculo indulgeret, densatis agminibus, portis sese effundebat. Erat is concursus Romanovix absimilis, dum populus omnis ad Pauli Aemilij capto Persa Macedonum Rege triumphan-
Populi ad
tis aduentum, Roma Vrbe turmatim aduentan
spectandi gratia prorueret, nisi quòd tis specta-
illi triumphi, multò prius sanguine fu-
ciliū quan
so instaurati, amissis in bello ciuibus,
abductisq; miserabiliter captiuis, com-
munis fortunæ commiseratione pol-
lueretur, hæc verò festiuitas, mera gau-
dia, mera tripudia, nullo luctus confi-
nio, haberet inquinata. Traiecto ita-
que Mosa, Herstallium primo ab vrbe
lapide celebre municipū, vbi prouen-
tum est, largiori aliquanto planicie,
nobi

nobilissimi comitatus agmina prout aut stemmatis, aut officij ratio postulabat, ordine disponuntur. Cundatum est ibi aliquandiu, dum Princes plerique, in assumentis debita serie locis, modestia ad inuicem, ac humanitate, pertinacius certarent. Et ipse Archottanus Dux, Regiae Hispaniarum Maiestatis in eo ingressu Legatus, medius inter Illustrissimum Ferdinandum Bauariæ, & Guilielmum Iuliæ, Duces, nequicquam equitare recusaret. Verùm ea lite obtestantium Procerum sedulitate dirempta, Leodi-

**Clarissi-
morū Ci-
uitatis
COSS.
aduentāti
Principi
occursus.** um versus iter prosequuntur. Stabant iuxta pontem, qui Secretarius ex ver- naculo nuncupatur, ambo Ciuitatis il- lius anni COSS. vnà cum 22. Leodi- næ Vrbis Commissarijs, ac supremo Scriba. Principem igitur porrò aduen- tantem cùm conspexissent, illicò equis demissi COSS. obuiam procedunt, faustum ac iucundum ipsi aduentum congratulantes. Atque ibi Generosus D. Andreas Dans C.S. Gallica oratio- ne disertè cùm salutasset, Clarissimus D. Georgius Gosuinus III.iam COSS. vir

vir & rerum experientia, & Lingua-
rum cognitione excellens, congratula-
tionem huiusmodi Germanicis verbis
subiunxit: *Illusterrime ac Generosissime Princeps,*
*Quod res tuae haec tenus ex animi sententia succe-
sserint, latamur plurimum, Deoq; Opt. Max. gratias
agimus: orantes insuper, ut C.T. vota ac successus sic
dirigere perget, quo hac in vita honorem atque lau-
dem, in futura autem eternam ab Altissimo reportes
mercedem. Nos verò C. T. perpetuo obedire volen-
tes, eam in columem, saluamq; pro virili nostra asse-
rere semper studebimus.* Hac finita oratione,
 Principisque responsione excepta, ex-
 ponunt Consules morem antiquitùs
 inoleuisse, vt Eburonum Principes in
 solenni suè Inaugurationis die, Ciuita-
 ti iusfirandum eo loci præstarent, pe-
 tentes num idem præcessorum exem-
 plo facere foret animus, qui ad id para-
 tum se cùm dixisset, prælecta est hęc iu-
 ramenti forma: *Dominus meus iurabit solen-*
lenniter in verbo & fide Principis, se integrè ob-
seruaturum, & obseruari curaturum, Iusfirandū à Principe Ciuitate præstitum.
pacis Fechianę pacta, ac articulos, sta-
tutus etiam atque gubernationem Ciui-
tatis, ac Municipij. Præterea quod di-
ctam Ciuitatem, illiusq; Ciues, in om-
nibus ipsorum priuilegijs ac libertate

tuebitur, nec ea infringet, aut per alios
 infringi patietur. ad ea respondit S.C.
*Sic iuro ad pectus Sacerdotale, & ita me Deus amet,
 &c.* quibus hunc in modum peractis,
 Consules equis denuò cōscensis, Prin-
 cipis latus hinc inde claudentes, iter
 Leodium versus instituunt. Atque hic
*Principis
 pietas, ac
 precipua
 pruden-
 tia.*
 Illustrissime S. C. prudentia maximè
 enituit, dum enim ex dici illius more,
 venia sōntibus indulgeri soleat, con-
 currentibus vndique ad implorandam
 delicti remissionem maleficis, inun-
 etum est, vt scripto petitionum sua-
 rum summam porrigerent : fore vt
 Princeps clementissimus pro ea qua
 prædictus esset commiseratione moue-
 retur, ac noxam remitteret. Prudenter
 sanè, ac prouidè id factum, dum per-
 penderet, quanto in tripudio celeber-
 rimi illius aduentis causa versaretur.
 Ciuitas populosissima, cauebat igitur
 summoperè, ne quid fortè tumultus
 aut confusionis oboreretur, si ad tam
 numerosam ciuium externorumque
 multitudinem frequens illa sōntium
 turba concurrisset. Accedebat ad hæc
 pientissimi Antistitis Religioni mirè
 addi-

addictus animus, qui varias in factio-
nes, dissectū Belgium perpendens, non
ante ipsos in gratiam recipere statue-
bat, quām de fidei singulorū ac men-
tis integritate constareret, ne scabiosum
in ouili temerē admissum pecus, sano
ad hoc & integro gregi incurabilem
postmodum scabiem affricaret, & fa-
ciliis impetrandæ veniæ gratia confisi,
maleuoli, audentius imposterum in
cædes, & flagitia ruerent. At verò ubi
primùm à speculatoribus bombardar-
ijs, eminus aduentare agmina con-
spectum est, illico tormentorum hor-
risono boatu, à tribus obiectis porta-
rum propugnaculis, secundo, tertio,
ac sepiùs salutantur, tanto quidem im-
petu, ut aér densissimo accensi, pulue-
ris fumo obscurari, tremere terra, &
Mose aqua vehementius concussa, yn-
dis vehementer æstuaret, Cœnobium
quod à D. Leonardo nuncupatur ap-
propinquanti Princi, Leodinæ Vr.
bis suę claves à Consulibus offeruntur,
quas ille modicum penes se retentas
restituit, dicens Consules clavium sua.
rū fidos hactenus fuisse custodes, pro-

Bellicorū
tormen-
torum fra-
gor horri-
fonus.

Princeps
oblatas si-
bi Ciuitat-

B 5 inde

*tis claves
Consuli-
bus resti-
tuit.*

inde sperare se, ut parem & in poste-
rum operam, quam priscis tempor-
ibus semper, ijs conseruandis diligen-
tissimè præstarent, ad quæ verba ciuili-
ore pronunciata, ex animi sui exube-
rante affectu, adiunxit, eandem se vitæ
ac mortis aleam, cum ciuibus suis (si
necesse foret) subire paratissimum, O
principis vocem: non solùm ditionis
alicuius dominio, verùm etiam Orbis
Monarchia digni. Ibi à dicti conuētus
Vestali prima elegātissimo strophiolo
honoratur. Ciuitati iam proxima, por-
ta ab aliquorū Sagittariorum societate
ex more occluditur, quibus illā preſen-
ti iam Principi vt reserarēt, postquām

*Ciuitatis
porta ad-
uentanti
Principi
ex more
occludi-
tur.*

secundò, ac demùm tertio, à Consuli-
bus imperatum esset, actulum iussa ex-
equuntur. Astantibus deinde dictę so-
cietatis Imperatoribus, quos à Psittaco
terna vice decusso vulgus sic appellare
solet, Regibus insuper atque Capita-
neis, ipsorum vexillo manum admo-
uens, solitum præstitit iuramentum.
Atque hoc tandem ordine Ciuitatem
nobilissimam partitis agminibus in-
greditur 14. Calen. Iulij, hora circiter
quar-

quarta postmeridiem. erat porrò is-
dies Dominicus, ac D. Marcello sacer.

Præcedebat primò agmine insignis
equitum hastatorum cuneus, hos Di-
tionum Patriæ Leodinæ Præfecti sub-
sequebantur, holoseribis C.S. munifi-
centia amicti pallijs, quorum cælestini
coloris suffultura, argenteaque sim-
briæ, atque aurei torques, porrò ac pro-
pè intuentium oculos, mirum in mo-
dum recreabant.

D I T I O N V M P A T R I A E
P R A E F E C T I , I V X T A
Prefecturarum qualitatem.

Guilielmus Baro d'Oiemburg, D. de
Meldert, Præfctus arcis, & Ducatus
Bullonensis.

Conradus ab Horion, Satrapa Comi-
tatus Loffensis.

Robertus de Linden, Præfctus arcis, &
Marchionatus Francimontani.

Theodoricus à Groesbeek, Præfctus
arcis & Comitatus Huensis, quæ
vrbs est Condrusiorum caput.

Guido de Rosey, Nomarcha Comita-
tus Hasbanix.

Geor.

Georgius de Langely, Nomarcha Pro-
uinciae Leodien. inter Mosam & Sa-
bim fluuios.

Henricus de Berlo, Præfctus arcis Di-
onantensis.

Georgius de Berlaymont, D. de Cho-
quier, tunc Nomarcha Comitatus
Altomontensis.

Egmondus de Schvartzzenberg, Præ-
fctus arcis Stocheimensis.

D. de Horion, Præfctus arcis Curin-
gensis.

Ludouicus de Myrbich, D. de Hancf,
Satrapa Montenacensis.

D. de Neufville, Nomarcha Couini-
ensis.

Leonardus Bentinge, Satrapa Corte-
semen sis, Præfctus arcis Peterse-
mensis, & Prætor Vrbis Traiecten.

Nicolaus Passart, Satrapa Bilsemensis,
& cæt.

EX PATRIA E PROCE- RIBVS.

Philippus Comes à Marca, Baro Sera-
nij, D. de Lumey, &c.

Iohannes Baro de Moreaume.

Baro

- Baro de Hamale D.de Vierue,&c.
 Guielmus à Meroda, D. de Vvaroux
 Tillan,&c. quondā Leod.C.O.S.
 Franciscus à Merode huius frater, D.
 d'Osoigne,&c.
 Iohannes D.de Berlo,&c.
 Dionysius de Berlo, D de Brusse,&c.
 Iacobus Dom. de Corsvarem, Niele,
 Creuvvyck,&c.
 D.de Hers,&c.
 Franciscus de Loncin. D.Flemaliensis,
 &c. Ciuit. C.O.S.
 D.de Louerual.
 D.de Keremberg, & Folloigne.
 D.d Abee,Lichteborch,&c.
 Carolus D. de Neufville in Condru-
 sijs.
 Georgius de Linden, Vicecomes Dor-
 maliensis.
 D.de Houten ipsius frater.
 Adam de Kerkenheim, D.de Coesen,
 &c. Vvijers.
 Ludouicus de Celles, D. de Villers su-
 per Ressam,&c.
 Oliuerius D.de Saintfontaine,&c.
 Raso Daus, D. de Fontaine, Ciuitatis
 III. C.O.S.

Iohan.

Iohannes de Briaumont, D.de Frateur
Auesnes, &c. Vrbis Huensis Præ-
tor.

D.de Potiers,&c. eiusdem Vrbis Con-
sul.

Iacobus de Vvihoigne, D.de Velroux,
&c.

D. Vander Eyken, & Schonnenbeek.
D.de Herstaple,&c.

Erant illi quidem Patriæ Primores,
qui Sereniss. Principi obuiam proce-
serunt, plerisque interim Leodinæ Pro-
uincię Comitibus, Baronibus, Satrapis.
que desideratis, qui vel foris bello ex-
terno impliciti, aut alijs de causis legi-
timè impediti, adesse nequuerint.

ILLVSTRISSI MI PHILIPPI
A CROY, PRINCIPIS CIMA-
censis Comitatus equ. 158.

Baro de Rimborch cum equis duode-
cim.

D.de Hille.

D.de Ochen.

D. de Bethouen.

} Leodini terri-
torij proceres.

D.de

- D. de Landas. (M 1221) v. 3, II
 D. d' Amstenroide.
 D. de Deuz.
 D. Borchgräue.
 D. d' Empstenroy.
 D. de Virelles.
 D de Vvatinnes.
 D. de Vvormes.
 D. de Bontouville.
 D. Hartman, &c.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS
AREMBVRGENSIS COMITATU^s

tatus equ. 166.

- Comes de Oberstein.
 Præfectus Aremburgen.
 Marsilius à Polland, D. de Vvachten.
 dock.
 D. Gaspar ab Heien.
 D. Ludouicus Metternich.
 D. Georgius van der Leyen, quos & a
 lij vigintiquatuor Nobiles Viri se
 quebantur.

ILLV.

IN AVGVRATIO
 ILLVSTRISSIMI, INVICTIS
 SIMIQVE GUILIELMI IVLIAE,
 Clinia, ac Montium Ducis, &c. Comi-
 tatus equ. 354. peditum
 verò 64.

Ioannes Berhardt, Comes de Gerhart-
 stein.

Iudocus Comes de Limburg, & Sty-
 rumb.

Quibus adiungi potest, Salentinus Co-
 mes Isebergensis, quondam Ele-
 ctor Archiepiscopus Coloniensis,
 qui paulò post Vrbem ingressus est.

ILLVSTRISSIMI IVLIAE DV-
 CIS CONSILIARII.

Guilielmus ab Harff, D. de Alstorp,
 hereditarius Aulæ Magister.

Bertrandus ab Nesselroede, supremus
 Aulæ Marescalcus.

Guarnerus à Bongart, Aulæ Prefectus.
 Theodoricus à Pallandt, D. de Brieden-
 bend, Cubicularum Prefectus.

Iohannes de Ruischenberg, D. de Stet-
 terich.

Georgius de Romberg, Aulæ Tribu-
 nus

nus equitum.

Damianus Schellart , D. de Gurtze.
nich.

D. Petrus Iuen Iurium Licentiatus.

D.de Ruischenberg , Lantcommen.
dator cum equis 12.

DITIONVM IVLIAE
PRAEFECTI.

Iohannes van Flatten , Præfctus Dul.
rensis.

Iohannes à Meroda , Præfctus Caste.
rensis.

Iohannes ab Scheid , supremus Vena.
tor.

Conradus à Bnisfelt , Præfctus Nid.
degauensis.

Iohannes ab Lutzenroede , Præfctus
Vvindegenensis.

Thomas ab Neuelstain , Sagittario.
rum Præfctus.

Henricus ab Elmpt , D.Biergauiensis.

Arnoldus ab Hassé , D.Turnicensis.

Iohannes Scheiffart à Meroda , D.He.
mersbacen.

Hos omnes alij 18. generosi equites de.
centi ordine sequebantur.

C NOBI.

IN AVGVRATIO
NOBILES AVLAE IV-
LIACENSIS.

Theodoricus ab Vvillich. Aulę ad-
Guilielmus à Kesselroede. missio-
nales.

Guilielmus Nesselroede, Aulę Oeco-
nomus.

Adam à Gimmenich, Stabuli Präfe-
ctus.

Guilielmus Spiffe, Penuarij Präfectus.

Guilielmus ab Loroede Archima-
gyrus. quibus Nobiles circiter viginti
succedebant. Aulę insuper Conciona-
tor, Secretarij, Illustriſſimi Ducis Sti-
patores numero decem, nobiles famu-
li. Aderant etiam quinque Tubicines,
alijque peně innumeri, Principis sui co-
loribus, vestiumque splendore con-
spicui.

SERENISSIMI DVCIS FER-
COMITAVVS 205. E.Q.y.
ped. 10.

Sueicardus Comes ab Helfestain.
Vvolgangus Baro à Malxrain.
Baro Bemmelbergensis.

Baro

Baro Laubembergensis.

Baro Taundorfensis.

Baro de Hermanstein.

D. Stephanus à Gunpenberg.

D. Frisingensis Archimagyrus.

His omnibus plerique alij Nobiles atque Illustres viri succedebant, vnâ cum Illustrissimi Ducis Cancellario, Oratore, Dapiferis octo, totidemque nobilibus famulis ac Stipatoribus, quibus etiam sui tibicines, ac reliqua omnia ad tanti Principis, ipsiusque Aulæ splendorum spectantia iungebantur.

ILLVSTRISSIMI CAROLI

A CROY, DVCIS ARSCHOT-

tani Comitatus equ. circiter 100. cum

peditibus nonnullis.

D.de Moulembay.

D.de Maestaigne.

D.de Vassenade.

D.de Glaion.

D.de Melroy.

D.de Halloy.

D.de Mauntz.

D.de Vvert.

Penè reliqui Nobiles Viri ac famuli vnā cum Aulæ ipsius Præfectis, atq; Officiatis, decentissimè subibant. Aderant insuper leuis armaturæ equites duodecim, quibus alij quinquaginta sclopettarij in Illustrissimum Ducis custodiam erant adhibiti. Horum opera duodecim dalerorum menstruo stipendio redimebatur, qui omnes Leodij dum essent, Serenissimi Principis Ernesti liberalitate aliti sunt.

SERENISSIMI, ILLVTRIS:
SIMIQUE PRINCIPIS ERNESTI
Comitatus equ. 85 z. ped. 37.

Christophorus Vladislaus, Comes de Nellenberg, equis 16.

Ioannes Philippus, Comes de Manderscheit.

Franciscus Comes ab Eberstain.

NOBILES S. C. CVBL
CVLARIL.

Rudolphus Comes à Sultz.

D.Pau.

D.Paulus Stoer de Osterrade.

D.Iohannes à Groesbeek.

Procedebant suo ordine.

Ludouicus Romanus , Cancellarius
Frisingensis.

Sifridus Nuntz , Cancellarius Hilde-
hemensis.

D.Iohannes Bermcr, Canonicus Saltz-
burgensis.

Hermannus Horneburg , & Falcken-
burg, Canonici Hildeshemen.

Iohannes van Rossing, Magister equi-
tum.

Iohannes Miermair , Cubicularum
Præfectus.

D.Eustachius ab Munhausen.

D.Ludouicus ab Rossinge,&c.

NOBILES AVLAE LEO- DINÆ.

Fridericus Geisperger, Satellitum Præ-
fектus.

Gaspar Pousle, S. E. Structor.

Pharamundus Dapifer, Stabuli Præ-
fектus.

C 3 D.Chry-

D. Christophorus à Bervvaigne.

D. Volgangus Geisperger.

D. Marquardus Meurhainer.

D. Guilielmus Tamhauser.

D. Gasparus Vischer, Præfectus ab Er-
ching, quos omnes alij nobiles quin
decim, holosericis vestibus, aureisq;
torquibus illustres subsequebantur.

Prodibant deinde quatuordecim I.

S. E. pueri nobiles, holosericis, serice-
isque magnificentissimè induti, quo-
rum galeæ pauonum ad instar pluma-
tæ, margaritis ac vnionibus variæ di-
stinguebantur. Hi erant, Iunior Comes
Hoechstratanus, Iohannes Georgius
Reuleart, Eustachius de Bervvaigne,
Ernestus ab Asch, Virgilius Mantua-
nus, Spigel, Pollaec, Schenc, Seratz,
Kerckheim, Oultremont, Havvtē, &c.

Procedebant ad hæc suo ordine Il-
lustrissimi Principis Stipatores viginti
quatuor, albi ac cælestini coloris holo-
serico induti.

Timpanarij Hungarico more eque-
stres, duo.

Succedebat tandem Illustris. Caro-
lus de Lignes, Princeps Aremburgensis.

Illa-

Illustrissimus Philippus à Croy,
Princeps Cimacensis.

Georgius, Comes Prouincialis
Leuchtemburgensis, ex quatuor Lant.
grauijs Imperij vnuis, qui cum Sereniss.
simo Duce Ferdinando è Bauaria Leo.
dium venit.

Illustrissimus Carolus à Croy, Dux
Arschottanus, Regiæ Catholicæ Maie.
statis in eo ingressu Legatus, inter Illu.
strissimum Ferdinandum vtriusq; Ba.
uariæ, & Guilielmum Iuliæ, Cliuiæ, &
Montium Ducem.

Serenissimi Principis Leodiensis tul.
bices octo, continuo ac suauissimo
clangore C. S. proximum aduentum
pronunciantes. Interequitabat Illustris
Adolphus, Baro de Svuartzenberg,
holosericis argenteisq; magnifice in.
dutus, rubeum Vexillum S. E. præfe.
rens, in quo Principis ipsius, ac Leodi.
næ Patriæ Ditionum insignia expri.
mebantur.

Subibat Generosus Henricus à Ber.
layment, Leodinæ Vrbis Prætor, is
rubeam in iusticiæ argumentum vir.
gam S. C. anteferens, medius inter

C 4 duos

duos admissionales, argenteis sceptris
insignes obequitabat.

Nobilis deinde Dominus ab Duraf-
se, aureis argenteisque vestibus, pen-
ula, atque equo cataphracto, multum
magnificus argenteum ensem, eius-
dem metalli artificiosissimæ cælaturæ
deaurata vagina, humeris ex familiæ
suæ officio I.S.C. præferebat.

Prodibat demum Illustrissimi ac Se-
renissimi Principis Ernesti Celsitudo,
inter nobiles & Clarissimos viros, An-
dræam Dans, necnon Georgium Go-
suini, anni illius C O S S. quos & vul-
tus insita maiestas, & vestium præcio-
fissimarum fulgor, maximè illustres
reddébat.

Adequabant S.C. Nobiles aliquot Sa-
trapæ.

Sequebatur Principis Concilium
Secretum.

D. Læuinus Torrentius Sigillifer, Ar-
chidiaconus Brabantæ, Præpositus
Cenacensis.

D. Nicolaus Vvœstenraede Leodiensis
Canonicus, necnon Ecclesiæ D. Pau-
li Præpositus. Hos interequitabat R.

D. Ia

PRINCIPIS ERNESTI.

41

- D. Iacobus Thomæ Abbas Mona.
sterij S. Laurentij propè Leodium.
D. Adrianus de Rede, Aulæ Oecono.
mus.
D. Godefridus Taxius I. C. necnon II.
Iustissimi Principis Referendarius.
D. Iohannes Martini I. Consultus.
D. Iohannes Iugius I C. Senator.
D. Petrus Oranus I.C. Senator.
D. Seruatus Florentinus I.C.

Aberat hic porrò clarissimus vir D.
Iohannes Vvitten Cancellarius , Ar.
chidiaconus Arduennæ, necnon Tun.
grensis Ecclesiæ Præpositus , vtiq; cum
reliquis adfuturus, si per confectum cu.
ris senile corpusculum commodè li.
cuisset. Desiderabatur & Generosus D.
Vvinandus ab Vvingarde , Leodiensis
Ecclesiæ Præpositus, qui aduentantem
S.C. postquam officiosissimè salutasset,
ipsius ingressum præuertens , ad ea qui.
bus illo die tenebatur obeunda munia
maturè in Ciuitatem reuertit.

S. C. SECRETARIIL.

- D. Dominicus Lampsonius.
D. Iacobus de Labrique.

C , D.Fran.

D. Franciscus à Bocholtz, &c.

Leodinæ Ciuitatis Commissarij 21.

Triginta duumairi, qui prædictorū
Commissariorum suffragijs electi, Le-
odinos COSS. annuè decernunt, &c.

Hos subibant I. S. E. Vasarij Præfe-
cti, Cantores, cæterorumque Princi-
pum famuli, quos omnes sexcenti è
Germania leuis armaturæ equites à
Principe in sui custodiā mercede con-
ducti, lōgis agminibus subsequebātur.

Verùm quis singula, quæ in eo con-
uentu post hominum memoriam,
longè celeberrimo, præciara, ac admi-
randa visebantur, pro dignitate recen-
seat? Leodinæ Prouinciae Primores ac
Magistratus præcipuus, holosericis à
Principe pallijs cohonestati, cælesti-
ni coloris multitio suffulti argenteis
fimbrijs, aureisque torquibus præfulgi-
di conspiciebantur. Belgicus Illustrissi-
mi Arschottani Ducis, Princepis Cimi-
acensis, ac aliorum plurimorum equi-
tatus, Gallico, aut Hispanico ritu, pro-
vniuscuiusque libidine, ambitiosè a-
micti procedebant. Germani autē Pro-
ceres, nigro ferè holoserico, dilatatis
patrio

*Anacepha-
leosis an-
tedicti in-
gressus.*

patriæ more fibulis, aureis torquib;us,
lectissimo equitatu, longè magnifi-
centissimi prodibant. In quibus om-
nibus, quis Ducum ac Principum ma-
iestatem, Satraparum præstantiam,
Torquatorum splendorem, equorum
luculentiam, ac varietatem, vestium,
ornamentorumque fulgorem, ad a-
mussim explicet?

Ignoscet spero generosa atque dis-
creta Nobilitas, si ordini ipsorum re-
censendo, haud ita integrè satisfactum
sit, quum in tanto Procerum portis
agminatim succendentium cœtu, ci-
uiumque ad spectacula procurrenti-
um multitudine, singula velut ad per-
pendiculum obseruasse, difficilli-
mum intellexerint, quorum sanè pro-
meritæ dignitati, nulla ex parte quic-
quam hisce meis scriptis, derogatum
cupio.

Portæ per quam Princeps ingredie-
batur, propugnaculo: Imperij, Domus
Bauaricæ, ac Illustrissimorum quon-
dam Leodinæ gentis Roberti à Bergis,
ac Gerardi à Groesbeeck Principum,
necnon Ciuitatis ipsius Insignia, in
perpe-

perpetuum rei monumentum etiam.
num insculpta visuntur.

Aquilæ Imperiali hoc adscriptum
est aureis literis di.
stichon :

*Nos tegat alarum Iotis armiger umbra tuarum,
Sub quibus instabit nullus ab hoste timor.*

Ad dextro latere Serenissimi Principis
Ernesti Insignibus appositum est
hoc symbolum :

Audiatur altera pars.

Bergensis deinde Principis Insignibus,
distichon ad ipsius quondam sym-
bolum alludens :

*Vota potestati temeraria sèpè repugnant.
Quod possis igitur non nisi posse velis.*

As sinistra Illustrissimi piz mem. Car-
inalis à Groesbeek Imaginibus,
ipsius symbolum :

D I L I G E.

Leodinæ

Leodinæ Ciuitatis ab eodem la-
tere Insignibus :

*Legia sis felix, Aquilæ quæ tutæ sub alis,
Semper & Imperij fidæ fons eris inu.*

Plateæ totius hinc inde latera, ab ip-
sa ingressus porta, ad Summum usque
Templum, triginta duo Ciuit. mini-
steriorum Collegia, suis insignita Ve-
xillis obtinebant, quibus quatuor celo-
Pettariorum societates C. S. colores
galeris colloque gestantes, officiosissi-
mè se adiunxerant. Ulterius in Ciuita-
tem progresso Principi, ad D. Georgij
Basilicam obiectus erat Arcus trium-
phalis 500. pedum altitudinis, qui per
tres diuersos portarum aditus, tribus
Dorico structure modo equitibus trā-
itum præbebat facilem, illius vtrinque
apicem, Imperij Aquila, terreni Orbis
globum vncis pedibus comprehensa
tenebat. Mediæ autem portæ Fornici
S.C. & COSS. illius anni Insignia pro-
minebant, vnâ cum his versibus ad II.
lustrissimi Principis symbolum allu-
dentibus:

Audiri

*Audiri debet pars altera Iudice redito,
Hinc aures uno possidet ore duas.
Ut simul ac patiens partes audiuerit ambas,
Uno Ius reddat partitus ore suum.*

His versibus subiungebantur Prudentiæ ac Temperantiæ effigies, supernè autem Stabilitatis, Nobilitatis, & Authoritatis, simulachra : ac ab eadem arcus parte Mutij Scœuolæ, necnon Horatij Coclitis Romanorum equitum fortissima gesta, spectantium oculis sua quæque loco obijciebantur. Ab altera porro arcus parte Leodinę Vrbis ac COS. ipsius Insignia, varijs picturę ornamen- tis decorata, in cuius lateris dextra sequentes versus legebantur :

*Principis Ernesti quem misit Norica tellus,
Auspicijs leti, gens Leodina sumus.
Di recte vertant, & gaulia nostra secundent,
Quæ de sincero pectore prompta fluunt.
Hic est namque lapis solido de monte recisus,
Scilicet in nostra spemq[ue] decusq[ue] rei.*

Hic subiunctæ erant duæ Virginum effigies, cum subscriptione :

Honor & Gloria.

Iuxta

A lœua lateris eiusdem :

*Ergo pares illi passim celebremus honores,
Spargentes rubeis lilia mixta rosis.
Huc cithara dulces, huc nablia, cimbala nerui,
Huc eat harmonici carminis omne genus:
Huc lepidi ciues, vestros conferte triumphos,
Demque gratanti plaudite quisque manu.*

Adiungebantur hic aliæ duæ Virgi-
num effigies, cum hac subscri-
ptione:

Abundantia, & Fama.

Per totius etiam huius Arcus circui-
tum, Leodinæ Prouinciaæ Vrbium 24.
Insignia suis locis disponebantur.

Ad hanc igitur Fornicem, priori-
bus agminibus iam prætergressis, S. C.
cum peruenisset, illicò Leodinæ Ciui-
tatis Insignia (quæ pinum rotundam
vulgaris nominat) aptatis instrumen-
tis, demissa sunt, quibus forma venu-
stissima virgo, rosea ex bysso coccineo
veste induita, varijsque ornamentis
decentissimè composita, adequitan-
tem Principem Ciuitatis ac Patriæ

Puella vir
go Ciuita-
tis ac Pa-
triæ totius
nomine s.
C. corrigens
totius

Puella
Oratio.

totius nomine salutare, eiique auspiciatum & felicem aduentum, Gallica oratione, mira verborum, ac vocis venustate, congratulari cœpit, simulque orare, vt pulchram Leodinæ Prouinciam, illiusq; fidem alacri animo susciperet, quæ ipsius consisa pietate tam ardentibus eum votis, vnanimiter ex optasset. Pergeret proinde bonis aui bus Imperium illud tanquam alteri Dauidi cælitùs sibi commissum, & bonorum præmijs, & malorum suppicio strenuè tueri : qui iam cordatissimi Populi fortunas omnes, ac vitam denique ipsam, donatiui Iure, vltro oblatam possideret, fore aliquando, vt exacta laudabiliter vitę huius periodo: cælo inclyta anima, nomen verò semipiternæ transmitteretur. Hanc Puellæ orationem, Melydrion suauissima vocum, ac chelys symphonia, quatuor partium concentu modulatum excepit, cuius hac erant verba :

En ERNESTVS adeſt, Patriæ pax, gloriagētis,

Præſule quo florens, legia noſtra viget.

Suspi.

Suspiciens verò, atque ad singula *Pueras ser-*
 attentissimi Principi, sertum mira ar- *tum arti-*
 te compositum donat virgo, quod il- *ficiosum*
 le gratijs actis, postquam humanissimè *Principi*
 excepisset, ad forum usque Ciuitatis *offert.*
 progredi cœptū est. At verò dum hęc
 fierent, mox ad Principis sui præter-
 euntis conspectum, velut emissio cæli.
 tūs Numine, omnis ætas, sexus, ordo,
 effusissimè gaudere, imò magis extra
 se rapi videbatur. Nec aliter sibi quis-
 que exultabat, quam si illi vni deside-
 ratissimus redijsset. Sic rursum lęta-
 bantur vniuersi, quasi unus atque
 idem animus, pectus omnium agita-
 ret: adeò, vt neminem omnino, ne-
 que ætatis imbecillitas, neque rei fa-
 miliaris sollicitudo, domi tum potue-
 rit alligare, quo minus oculos, tam
 exoptati Principis expleret spectaculo.
 Procurrebant populi, profiliebant ad. *Miris Po-*
olescentes, effundebant sese iuuenes, *puli ap-*
 promoliebant senes, prorepebant *playfus.*
 morbum iam obliiti ægroti, prodibant
 innuptę Virgines, confluebant nuptę,
 accelerabant anhelabundæ anus, alij
 de tegulis pendere, hęc rere alij muris,

D non.

nonnulli summis macerijs insidere,
ipsa cœnacula, testaqué pondere ho-
minum laborare videbantur. Quin &
fenestellę tunc vsum ab mediocris for-
tunæ hominibus, sex aureis redem-
ptum fuisse constat. Neque secius inte-
rim, densissimis turbarum vndis, op-
plentur quacunq; Princeps ingreditur
plateę, cui adequitanti, circunfunden-
tibus sese multitudinis promiscuè fla-
ctibus, vix trames satis amplius relin-
quebatur. Hi gaudent noscitare, alij cō-
cupiscūt Principis sui ora discere, sub-
dubitabant nonnulli, suisque gaudijs
fidere non satis audebant. Aetas gran-
dior, satis vberem vitæ anteaetæ cur-
sum, se illo die percepisse credebat,
quòd Principem pientissimum redu-
cem videre licuisset. Iuuentus verò,
per se alioqui animosa, præsentia ta-
men sui Ducis alacrior facta, ad hone-
sta vitæ studia, tunc potissimum accen-
debatur, eo nimirum sospite, penes
quem virtutum singularum præmia,
non immerito reposita censeret. Ne-
minem proinde ex tot hominum mil-
libus cernere erat, cui Principe conspe-
cto,

eto, quod mentem inquietaret, animo
 obuersaretur, nec vlla interim spectan-
 di, fruendique, aut facetas, aut mo-
 dus. Plerique enim tuendo corda ex-
 plere non valentes, per obliquas via-
 rum ambages, vt euadem illum sepius
 videre liceret, ad alia atque alia com-
 pita transcurrerant: quibus tamen,
 nil aliud ista præstabat sedulitas, quam
 vt idem magis atque magis sitirent.
 Princeps inter hæc, mirum quam sem-
 per sui similis, suorum se ciuium o-
 culis blandè circunspiciendum præ-
 bebat, amotoque subinde galero, nu-
 dam huc atque huc faciem circum-
 agens, subditorum se quasi desiderijs,
 vltro offerebat. Et cum estiuum sub
 Cancri sydere cælum mira auræ be-
 nignitate affulgeret, vt Iuppiter ip-
 se, diei illius sublimitatem illustra-
 re videretur: subinde de industria
 restitabat, sensim atque cunctanter in-
 cedens, quo scilicet diutius ciues ip-
 sius, & ipse ciuium gratissimo con-
 spectu frueretur. Vultus erat alaci-
 tatis plenus, hilaris, mansuetus, &
 singulis in turba veluti aggaudentis,

*Amor meus
thus.*

& congratulationem mira benignitate referentis.

Quatuor in foro Theatra. Per Cinitatis ipsius forum extructa erant quatuor diuersis in locis Theatra, quibus tres altitudinis pedum sexaginta pyramides intericabantur.
Tres Pyramides. Ac primū quidem pueri quatuor, fœmineis vestibus ornatissimè induti, sub Ecclesiæ, Fidei, Spei, & Charitatis titulo Ecclesiasticum referebant statum. Ad hoc igitur sub fori ipsius ingressu cum peruentum esset, restitatem Principem Gallica oratione vicissim salutantes, quam de ipsius Celsit. spem certissimam cōcepissent, disertè explicuerunt. Atque eam ad labentis Religionis restorationem, Ecclesiæ diuinitus datā Fides indubitatisimis argumentis postquam ostendisset, fidei ex auro typum exultabūda obtulit.

In secundo Theatro insigni facundia iuvenes, preciosissimis & ipsi vestibus induti, Nobilium Patriæ statum repræsentabant, quorum postremus, S.C. collaudata, postquam ad bonoru premia, ac prauorum castigationem
eam

eam animosè hortatus esset, gladium
ipſi aureum tradidit.

Tertium Theatrum, quatuor iti-
dem iuuenes, popularēm referentes
statum habebat, quorum vltimus cor
aureum Principi cū porrexisset, eum
hortatus est: vt afflīti Populi sui cau-
sam non negligeret, sed datum à Deo
sibi gladium iniustitię ac Pacis viola-
tores tanquām alter Gedeon fortiter
vibraret, qui tam numerosę gentis a-
nimūm, fortunas omnes, ac vitam ip-
sam, sub vno hoc cordis typo, in ma-
nu sua repositam teneret.

*Populi
Oratio.*

Quartum porrò Theatrum Nobi-
lem quendam Virum, humilis fortu-
nē hominem lēſā Maiest. corā Iudice
postulantem inducebat. Iudex nihil
certō definiendum statuit, nisi & audi-
tis prius ipsius Rei (si quæ effent) exce-
ptionibus. Allusio ad Serenissimi Prin-
cipis Symbolum: *Audiatur altera pars.* que,
quoniam longum esset recensere, ar-
gumento tantūm oſtenſo, superseden-
dum duxi. Theatris autem huiusmodi
ternæ altitudinis sexaginta pedum py-
ramydes interiiciebantur, in quarum

D 3 apī.

apice, nudati pueri, oliuarum ramis tempora vincti, chelyn docto personabant pollice. Quarum quæ media erat albi ac rubei coloris vina, frequenti atque diuersa scaturigine effundebat.

Ciuicæ domus supremo frontispicio,
hi versus aureis inscripti lite-
ris visuntur :

*Stare diu nescit, quod non fulcitur ab alto.
Et discors in se Regnum durabile non est.
Sic decet imprimis illum, qui cuncta potenter
Condidit amplecti. Dominumq; fideliter vnum
Quærere, post uno concordes viuere voto,
Hinc virtus, hinc pax, hinc & Respublica floret.*

E regione domus prædictæ, ab altera fori parte, ex Pictorum ac Aurifabrorum Ciuitatis Consistorio, tabula pulcherrima, Picturæ ac Mulciberis effigiem gentiliter exprimens cernebatur, cum hac inscriptione:

*Venisti ERNESTE, & dudum expectata tu-
entur*

Pictor, & Aurifaber Principis orasui.

*Reuerendi interea, Nobiles, atque
Magni*

Magnifici Domini Præpositus, Decanus, cum reliquis Cathedralis Ecclesiæ Canonicis ad Summi Templi gradus, ordine suo foro obuersi sedebant, sericis togis ex solita Principum liberalitate induiti, superpelliceis ac almuſijs desuper inductis, quorum etiam non nulli crucis imaginem, variasque diuorum reliquias manibus religiosissimè gestabant. Desiderabantur autem iij omnes, qui ordinario sexaginta Canonorum numero deesse censebantur. In quibus Illustres plerique Comites, Barones, ac præcipue nobilitatis viri, legitimis de causis impediti, adesse nequiuerunt.

PRAESENTES ERANT.

Godefridus ab Erp, Iubilarius. *Clerus*
 Hermannus Comes ab Renneburch, *Prima-*
Archidiaconus Campiniæ, Iubila- *rius.*
rius.

Ioannes Vvitten Cancellarius, Archid.
Arduennæ, Præpositus Tungensis. -----

Hermannus ab Horion.

Vinandus ab Vvyngarden, Leodien.
S. Barthol. & Fossiensis Præpositus.

- Conradus Gauré, D. de Diepenbeek,**
Præpositus S. Martini Leodien.
- Arnoldus ab Hoen, Decanus Aeditu-**
us, & Præpositus S. Ioannis Euang.
Leodien.
- Arnoldus à Bocholtz, Præpositus Ec-**
clesiæ Cathedralis Mindensis, &c.
- Guilielmus Lombart, Archidiac. Fa-**
mennæ, Præpositus S. Dionysij Leo-
dien.
- Guilielmus ab Elderen, Arcani Con-**
silij Conf.
- Michael Nuyens, Officialis Capituli**
& Cantor.
- Iohannes Docurin.**
- Philippus van der Meeren.**
- Hieronymus vander Noot, Archidia-
conus Hannonien.**
- Arnoldus à Meroda Huensis, & B. Ma-**
riæ Traiectensis Præpositus.
- Iohannes de Berlo, Comes de, Houze-**
mont, D. d' Ogneé Slessin, &c.
- Iohannes de Horion.**
- Carolus à Durasse, Abbas secularis Di-**
onanten.
- Læuinus Torrentius Sigillifer, Archi-
diac. Brabantiaæ Cenacæ.**

Philip-

Philippus à Corsvaremia, Abbas A.
maniensis, Viseten. & Cudiniensis.
Henricus à Doern, Officialis Leodien.
&c.

Lambertus à Blittersvvyk.
Henricus Vlatten, Pæpositus Aquif.
granensis.

Theodoricus de Linden, Præpositus S.
Crucis Leodien.

Richardus à Meroda.

Mathæus Trappe.

Guilielmus de Glimes.

Iacobus Caronduletus, Scolaster.

Reinerus Goere.

Iohannes ab Anstenraede.

Ludouicus à Barlaymont.

Laurentius Bobelum, aliàs Blocque.
rie.

Henricus Hoengen.

Fridericus ab Eynatten.

Adolphus Quaet.

Anthonius Ghenart, Hæreticæ prau.
tatis Inquisitor.

Iohannes Dammen.

Henricus de Rosé.

Iohannes Orsbach, Archidiaconus
Hasbaniæ.

Godefridus à Boecholtz, &c.

*Sex pedi-
dit. insig-
nia ex
Marchio-
natu Fran-
cimont.*

His proximè sex peditum ex Mar-
chionatu Francimontensi vexilla fo-
ri ipsius, per quod agmina transibant
latus, suo milite stipabant. Qui cùm
similibus in rebus, tum etiam in sum-
mis Reipubl. discriminibus, euocati,
tribus successiuè diebus gratuitā Prin-
cipi ac Patriæ impendunt operam, fo-
ri ad turrim latera, Lancearij equites,
armis suis egregiè instructi claude-
bant. Celsitudo itaque sua dictis gra-
dibus vbi appropinquasset, æquo à
præstolantibus famulis illicò demissus
est, (is summi templi Cantori consue-
tudinis iure cedit) quo in loco Ca-
nonicis qui astabant, perbenignè sa-
lutatis, cruceque exosculata, ad Sena-
torias Ciuitatis ædes accedit, in qua-
rum limine ab iunioribus aliquot Se-
natoribus religiosissimè exceptus: cla-
rissimus vir Nicolaus Miche, S. C. ad
Senatorium Tribunal Iuramenti præ-
standi gratia accedentem, hac om-
nia oratione adorando aggressus est:
Reuerendissime & Serenissime Prin-
ceps, sublimitati ac Excellentiae Tux,

*Equites
bastati.*

plu-

plurimūm gratamur reduci, prout sa-
 nē Virtus & Excellentia tua venere-
 tur, quam D E V S Optimus Maxi-
 mus nobis, Patriæque tuæ, quām dul-
 cissimè incolumem conseruet, ac in
 omnibus benè fortunam faxit. Hæc
 est Senatorum Leodien. Patriæ tuæ
 capitalium Iudicum, vnanimis ac vo-
 tiua compreccatio. Ad hanc saluta-
 tionem, Princeps his verbis respon-
 dit : Vnanimi ac votiui compreca-
 tioni vestræ, maximas & ago, & ha-
 beo gratias : Posteaquām D E V S
 Optimus Maximus huic Ecclesiæ, ac
 Patriæ Leodien. Pastorem me ac Prin-
 cipem elegit, toto pectore, totaqué
 cogitatione ad id, illo iuuante, in-
 cumbam, ne quid me Pastore ac Prin-
 cipe, Patria hæc mea detrimenti pa-
 tiatur : Et quòd intra Ciuitatis po-
 meria iureiurando affirmationeq; so-
 lenni, ac religiosa facturum me apud
 C O S S. promisi, id ipsum & nunc ma-
 iorum meorum more ingeminaturus,
 ad auditorium hoc vestrū ac Tribunal
 accessi. His ita peractis, ad superiorcs
 ædium partes cùm peruenisset, à senio-
 ribus ^{Principis in adibus Senat. so-}
^{lenne in-}
^{ribus ram.}

ribus in alterum conclave deductus est, vbi ab ipsorum admissionalibus o-creis atque calcaribus de more exutus, manibusque lotis, iuramentum reno- uauit.

SENATORES ERANT.

Massenus Thenis I.C.

Mathæus Vvishouius I.C. & Consilia-
rius Ecclesiæ Leodien.

Iacobus Choquierius I.C. & Ciuitat.
PROCOS.

Guilielmus Godefidi.

Gerardus Flerontius I. C. & PRO-
COS.

Petrus Oranius I.C. arcani Consilij Se-
reniss. Principis Consiliarius.

Nicolaus Miche I.C. & PRO PRAE-
tor, & 111 I. PROCOS.

Iohannes Coicus I. C. & Imper. Ad-
uocatus.

Iohannes Iugius I. C. arcani Consilij
Consiliarius.

Ludouicus Turreius I.C.

Seruatius Venetius.

Arnoldus

Arnoldus Nollens I. C. & quondam
Proprætor.

Iohannes Strellius I. C.

Georgius Stelsius I. C.

Iuramentum postquam renouasset,
sumptis aliquot ab instaurata ibidem
merenda saccaris, vinoque gustato, su-
per indumentis, quibus eo die amicie-
batur, ab astantibus famulis exutus est,
(ea Cathedralis Templi Custodibus ex
more cedunt) quorum in locum lon-
ga veste, aureis floribus intertexta, ge-
mmisque ac vnlonibus distincta præ-
ciosissimis induitur super pelliceo, ac
almusio adiunctis. Atque tum de-
mum cum reliquis Diui Lamberti Ca-
nonicis ad Summi Templi aram so-
lenni pompa deducitur. Turrim iux-
ta præteriens, maximæ campanæ feri-
ceæ funi, in Inaugurationis argumen-
tum, manum ex consuetudine adpli-
cuit. Ante summam itaque aram flexo
poplite tamdiu permansum est, quo ^{Princeps} ad ^{ad summā}
TE D E V M Hymnus, suauissimo ^{aram de-}
Musicæ concessu percantaretur, quo ^{deducitur}
finito, aurea atque argentea Serenissi-
mi Principis missilia, multò liberalis
animi

animi inditio triplicatis vicibus in populum iacta sunt. His ita peractis, ad *Principis* Palatium itur, quo nullum in Orbe *Palatum Christiano* (vel Caroli Quinti Cæsar longè magnificens) foret magnificentius, si extremam illi manu in artifices adiessent. Illius diei cœna tot præser-tim accumbentibus ordinis supremi Principibus, dictu mirum quam splen-dido apparatu instructa fuerit, quanta-que cum hilaritate peracta, vbi præter Instrumentorum, ac Musicæ vocis multitudinem harmoniā, nihil quod ad animos conuiuarum exhilarandos, ciendamque voluptatem ab humano ingenio excogitari potest, summa pincernarum atque dapiferorum seduli-tate omissum est.

Solemnis supplica-tia. Postridiè, Missæ Sacrificium agen-dis, Deo Opt. Max. gratijs, magnificè decantatum est, Supplicatioq; solen-nis per C.S. Palatiū fori, ac Florę campi circuitus, sequenti serie habita.

Procedebant cum crucibus ac vexiliis octo Canonicorum Collegia.

Succedebat facium tædarumque in-gens numerus.

Subibat

Subibant Aulæ Nobiles Pueri.

Sumimus Ciuitatis Prætor, inter accen-
sos medius, rubeam virgam S. C.
proximè præferebat.

Consequebatur Serenissimi Principis
Celsitudo.

Vterque Ciuitatis COS. cum Senato-
ribus quatuordecim.

Quatuor Ciuit. Cancellarij.

Ciuitatis Commissarij 21.

Trigintaduumuiri.

Venerabile demum Christi Corpus,
sub umbella ab Reuerendo D. An-
drea Stregnart, Leod. Suffraganeo,
religiosissimè circumferebatur.

Illustrissimus Dux Arschottanus, inter
Ferdinandum Bauariae, & Guiliel-
mum Iuliæ Duces medius.

Lantgrauius Leichtenburgensis.

Princeps Cimacensis.

Princeps Areburgensis.

Salentinus Comes Isenburgensis, quon-
dam Elector Coloniensis.

Comes de Manderscheidt.

Comes de Sultz.

Comes de Nellenberg.

Comes de Eberstain.

Comes

Comes de Gerhardstein.
Comes à Marca, Baro Seranij, &c.
Comes de Hoechstraet.
Comes de Limburg & Stirumb.
Comes de Helfestain.
Baro de Bemmelburg.
Baro de Schvartzzenburg.
Baro de Taundorf.
Baro de Moreaumeé.
Baro de Malxrain.
Baro de Hamale.
Baro de Hermanstain.
Baro de Rimborch.
Baro de Glaion, &c.

Hos omnes frequentissima nobilissimorum Procerum caterua, populi-
que ac vulgi multitudo subsequeban-
tur. Splendidissima quidem erat illa
pompa, at multò futura splendidior, si
solenni precatiū apparatu serenio-
ris auræ commoditas affulisset.

Supplicatione hac maxima omniū
religione peracta, ad summi Capituli
Consistorium itum est, vbi ea per in-
tersolem lecta sunt, quæ astantibus Pa-
triæ Leodinæ Statibus Princeps pru-
dentissimus, pro temporis ratione, cen-
sebat

sebat proponenda. Quibus absolutis,
 spectabili Principum ac Satraparum
 agmine stipatus, ad Aulam suam re-
 uertit, in cuius perystilio cùm esset, sex
 antedicta ex Marchionatu Francimon
 tensi peditum vexilla, crebris bombar-
 darum ictibus, militari more tonan-
 tes, Palatium prætergressa sunt. Ho-
 rum arma, patrum nostrorum memo-
 ria, Ludouicus II. Galliarum Rex, &
 Carolus Burgundiorum Dux, socijs vi-
 ribus, Leodium Anno 1468. obsiden-
 tes, ingenti suo periculo, experti sunt,
 dum ex ipsis pedites sexcenti, Leodio-
 rum aliquot cohortibus adiuti, Re-
 gem cum Duce, nocturna eruptione,
 penè oppreserunt, quo sanè euentu,
 & reliquum exercitum (Galliarū tunc *Philippus*
 ac totius Burgundicē domus robur) ad *Commi-*
 interacionem deleuissent, in fatis ob. *naus Caro*
 stantibus, gens animosa, conceptæ iræ, *lo Duci in*
 cedere non valens, dictorum Princi- *hac oppu-*
 pum tentorijs, ferocius, & clamosius *gnatione*
 insultasset. Horum igitur exitum, Ci- *& cubicu-*
 uitatis Consulum aduentus exceptit, *lis. Hist.*
 qui quatuor suis Consiliarijs, Scriba, ac *Ludouici*
 Satellitibus duodecim stipati, festiuif. *II. c. 40.*
Iaco. Car-
E simo dinal. in

sua hist. simo tubarum clangore , timpano-
obfid. Le- rumque fremitu, Palatio succedentes,
odien. An- Illustrissimo Principi, hęc gratitudinis
gelus Vi- ergo offerunt:

terbien. Primò argenteas scutellas, totidem-
carmimū dictæ ob- que orbes , ponderis ss. marcarum ar-
sidionis, genti.

lib. 5. etc. Duos præstantissimo Rhenensi vi-
Leodina no onustos currus.

Ciuitatis Spectatæ magnitudinis boves 6. au-
S. C. obla- ratis cornibus , Ciuitatis Insignia hu-
tum mu- meris gestantes.

nos. Oves vigintiquinque.
 Modios hordei triginta, 60. baiulo-
 rum humeris allati.

Hoc Ciuitatis officiosissime munus,
 diserta prudentissimi viri Adriani le
 Pollain oratione oblatum , C. S. actis
 perbenignè gratijs amico, ac hilari vul-
 tu, sibi longè gratissimum testatus offi-
 cium, & ipse suum, quacunq; in re gra-
 tificari posset, ciuibus suis vicissim ob-
 tulit. Inuitabat iam instans prandij ho-
 ra Principes ad accumbendum : cùm
 ad Conuiuium præcedenti cœna, dis-
 cumbētium numero, multò celebrius,
 per Consilij secreti Consistorium, pro-
 ceditur.

ceditur. Visebatur illic Vasarium in *principis* gens, quod omnis generis, pateras, cy. *Vasarum* phos, ac raræ cuiusdam magnitudinis ex auro & argento deaurato, vasa continebat, admirando sculpturę artificio celata, tantę quidem præstantię, ut potestissimorum, Europę Regum abacis, vel peritissimorum inspectorum iudicio, postponendum haud censemetur. Nobilissimus sanè erat huic conuiuio accumbentium cœtus, ubi pret̄er Illustrissimos Duces, magnique *Coniuuiū* nominis Comites, ac Barones, Patrię *splendidū*, que Leodinę nobilitatem præcipuam, Venerabile etiam, ac Magnificum Summi Templi Collegium, Abbates plerique, cum Cleri secundarij prælatis, suum ibi quique ordinem, decentissima serie obtinerent. Prandio exacto, vix ullum recreandis animis, ludorum genus, in coenam usque prætermissum est. Ad quam suadente hora, cum Illustrissimi Duces, frequenti ac festiuo ornatissimarum nympharū agmine se accingerent, Nauis quedā, suis remigibus, velis malo, ac funibus artificiosissime instructa, è sublimi

Admiran-
dum ex
faccaro
ferculum. cum alijs , mira industria , fabricatis
machinis , aduentantem S. C. crebro
pulueris tormentarij fulmine , magna
omnium admiratione salutauit. Cœ-
na iucundissimè iam protracta , cùm
hilariores facti essent conuiuæ , vlti-
mum ex faccero ferculum , longa da-
piferorum serie , mensis allatum est , ac
primò quidem disco , C. S. insignia , vi-
ridi redimita galero , à duobus angelis ,
ad latera fulciebantur.

Subibant Illustrissimi Ducis Ferdi-
nandi Imagines , duabus interpositis
galeis , binis pugilibus intermedia.

Insignia Illustrissimi Guilielmi Iu-
liæ , Cliuiæ , & Montium Ducis , inter
duos Griphones , Ducati corona redi-
mita.

Insignia Leodinæ Ciuitatis , inter
duos cataphractos.

Subsequebatur apri , ac cerui véna-
tio , hæc viginti , illa verò tredecim par-
tibus distincta.

His succedebant ad viuum expressa
hastiludia , in quibus viui equites cata-
phracti , octo qui astabant tubicinum ,
velut clangore exciti , lanceis demissi ,
extem-

exemplò concursuri videbantur. Ad-
erant & alij hastati equites totidem, di-
uersi coloribus paludamentis conspi-
cui, & ad proximum congressum sese
parantibus similes. Pone astabat certa-
minis ipse Præfæctus, cui tres equites,
pueris à pedibus comitati adiungeban-
tur: Sua verò Celsitudo, concurrentiū
spectatrix effingebatur.

Sequebatur Dauidis Hebræorum
Regis effigies, Lucretiæ etiam Collati-
næ, Mercurij, Iacchi, aliquæ plurimi
gentilium Deorum imagines, ad in-
star Romanarum antiquitatū expres-
sæ, quarum deauratæ bases, varijs Se-
renum, Faunorum, Nympharum, Na-
iadum, ac Furiarum vultibus circum-
ornatæ, intuentium maximam cie-
bant voluptatem. Atque his omnibus
supra 106. intermissum paropsides,
suo quæque ordine permiscebantur,
quibus copiosissimæ fruges, Dromeda-
rij, Boues, Leones, Apri, Damæ, Cerui,
cæteraque id genus animantia refere-
bantur.

Sequenti orta luce, 12. Calend. Iulij,
Nobiles ac Reuerendi Ecclesiæ Cathe-

E 3 dralis

dralis Domini ad Capituli locum sese
conferūt, vbi varijs de rebus dū consul-
tarēt, admissi fuēre Sereniss. atque Illu-
striss. Guilielmi Boiorū Ducis Legati,
inter quos Robertus Turnerus, natione
Anglus, corā celeberrimo Consistorio,
Principis sui verbis, hoc fore sensu, lon-
ga oratione dicere exorsus est, Sereniss.
Inui&tissimumq; Noricorū Ducem Ca-
nonicis Electoribus, maximas semper
atque immortales gratias agere, non
eo præsertim nomine, quod Ernestum
fratrem nouis additis Ditionibus, ex-
imiè cohonestassent, quam quod inter-
tot huius sæculi præstantissimos He-
roes, ad Reipub. Leod. apicem, sub-
limandum potissimum duxissent. Ad-
uisurum proinde Ducem, si quādo per
Summa orationis varios rerū humanarū euentus sese
ab Lega- tulerit occasio, vt ipsorū, ac Patriæ to-
tis Sere- tius erga Domū Bauaricā, beneuola a-
niſ. Boio- nimi propēſione, omni quo poterit stu-
rum Ducis dio atq; officijs paratissimè respōdeat.
in Capitu Eodem die à Ciuitatis Primoribus
lo Leodiē. in Ciuica domo, solenni prandio, cum
habita. lectissimo sui comitatus agmine, hono-
rificentissimè exceptus est, vbi prēter a-
lia

lia innumera ad discubentiū vol-
ptatē adinuenta, accumbētibus Princi-
pibus, quatuor sagittariorū Vrbis So-
cietates, insoliti splendoris ex saccaro
ferculum, quadripartitis agminibus, à
meridie adferūt. Qui iucundissimo tu-
barum & timpanorum fremitu, facto
per forum circuitu, deponendis per
mensam catinis decentissima serie in-
uicem succedebant, aderat vexillo vni-
cuiq; suus orator, qui offerentiū erga S.
C. affectum disertis verbis exprimerēt.
Destinantur illi belli togæq; Principis
Illustriss. custodiæ, quorū omnino ar-
mis adiutus fel. mem. Cardin. à Groef.
beek, insurgeentes Patriæ perduelles, cele-
ri aliquādo Marte repressit. Hæ bellica-
rum ad instar cohortiū suos Decurio-
nibus, Præfectis, Vexilliferis, Capitane-
isq; distinguuntur. Aestiuia Maij, ac Iu-
nij affulgēte aura, psittacum (ex more)
decutere certantibus, conuiuiū appara-
tur, quod Patriæ Princeps, S.C. presen-
tia nō grauatim cohonestare solet, cui
etiam hoc anno 1582. ab alite bina vice
deiectam toties inter eos Rex salutari
meruit. Quam rem in seruanda Vrbiū

Plato & Aristo. de Rep. Ioā. tranquillitate, plurimum habere momenti, testantut ij, quotquot de gubernandis Rep. non infeliciter scripserūt.
Bodinus, Precedebant itaq; muneribus suis of.
Frāciscus ferendis, veteres Ciuit. Arcubalistarij,
Patricius subiecto ordine inuicem succedentes.
in sua Politia vita humana. Primò dictæ Societatis tutelarum Diuorum imagines, B. scilicet Virginis, ac D. Lamberti, tribus Leodinę virbis insignibus interpositis.

Sequebatut Aquila biceps, Imperiali corona redimita.

I. S. E. Insignia, inter Angelum, & Militem.

Insignia Ciuitatis, ac C O S S. inter Leonem & Vnicornem.

Insignia Ditionis Stabulensis, Insula desuper posita.

Horti dictæ Societatis effictio, in quo decem erant sagittarij.

Ab antiquis Sclopettarijs hac ferebantur:

Imago D. Christophori, Societatis Patroni.

Insignia Ducatus Bullonensis, inter duos militiæ Capitaneos, Romano more vestitos.

Insig-

**Insignia Marchionatus Francimon.
tensis, inter duos sateros.**

**Insignia Comitatus Loffensis, inter
duos Vnicornes.**

**Insignia Comitatus Claromonten.
sis, inter duos pugiles.**

**Hortus Societatis, in quo maiora
tormenta curribus suis imposita vise.
bantur.**

*Iuniorum ut vocant, Arcubalistariorum, bac
erant dona:*

**Imago D. Georgij, Societatis Pa.
troni.**

**Insignia Comitatus Altomonten.
sis, inter duos Leones.**

**Insignia Comitatus Alborenses, in.
ter duas Nymphas.**

**Insignia Comitatus Hornensis, in.
ter duos cataphractos.**

**Susannæ Historia : Quibus omni.
bus vltra 108. catini, cuniculis, lepori.
bus, onagris, ceruis, atque damis refer.
ti permiscebantur.**

*Iuniores Sclopettarij sequentia postremo
offerebant:*

**Præcedebant tres ex facco arbo.
res,**

res, è quarum ramis Imperij Bauarię ac
Ciuita. Leod. Insignia propendebant.
Succedebant cordis conspicua effigies,
cuius stabilimento hæc erant ascripta:

LEGIA S. ROM. ECCLESIAE
FILIA.

Quæ dum offeretur, subiunctam ha-
buimus orationem:

*Voicy Prince le cœur que nous te presentons,
Si tu as mal oubien, nous nous en resentons:
Pren le cœur pour tefmoïn d'une amour filiale,
Car ta gente à iourmais te sera cordiale.*

Sequebantur arbores dux præceden-
tibus similes, quibus C O S S. appensa e-
rant Insignia. Imago deinde D. Huber-
ti Societ. Patroni, ante Crucifixi inter
cornua cerui effigiem genicularis, cum
hac inscriptione:

S. HVBERTVS VRBIS FVN-
DATOR.

Eam his verbis S. C. com-
mendauimus?

*D'Hubert Aquitain Prince du vois l'image,
Qui premier des Ligeois print la foy, & l'hômage,
Qui par l'ameinte de ce lieu incité,
Fut premier fundateur de ta noble Cité.*

Sub.

Subibant arbores viginti duæ, quarū
ramusculis totidem Patrie Vrbium In-
signia dependebant, inter quas D. Hu-
berti venatio, festiuo tubicinum clan-
gore, varia ceruorum, lēporum atq; a-
prorum fuga, canumq; insequentium
agmine, ad viuum exprimebatur. Huic
talem subiecimus orationem :

*Prince tu vois comment ce grand Due à la chasse,
Le cerf au pieds leger, d'un couraige pourchasse.
A la foy conuerti, chassa si dexterement,
Qu aux Villes vingt et trois donna commencement.
Garde les bien mon Prince, & Dieu tout debon-
naire,
Sur la fin de tes iours t'en donnera salaire.*

Ea porrò his in ferculis arte, sumpti-
bus, atque industria, singula constabat,
vt ex accumbentibus Principibus non
decessent, qui in preclarissimis quidē ac
magnificentissimis Regū, Cæsarumq;
inauguratinnibus intersuiffe se faterē-
tur : in quibus tamen nullū vnquā pari
splendore ferculū mensis appositū fu-
isse testarentur. A prandio huius diei,
extructa erat ad animorū exhilaratio-
nem, turris versatilis, alto stipiti innī. *Turris in-*
xa, quæ ab viris inclusis impendio cir- flumine
cumuoluta, difficilimū ingredi conten- *versatilis.*
dentibus

dentibus præbebat accessum. Victori
præmium , argentea ingens cædebat
patera. Illius potiundi spe, allecti ple-
riue, tum è Leodio ipso , tum ex ob-
iacentibus vicinis Prouincij eò con-
fluebant: qui si summis fortè viribus
annixi , stipitis altitudinem nudi supe-
rantes, ipsis iam aditibus instarent, ili-
cò volucri turris agitata motu, emi-
nus ipsos in subiectum Mosam , mag-
no spectantium risu præcipites dabat.
His variæ naumachiæ, naualiaque ad-
debantur hastiludia , congreuentibus
Mauritano ritu vestitis, quorum qui
vincebatur , id est vi in flumen deie-
ctus, socordiæ suæ pœnas luebat. A sta-
bat inter hæc, ab utraque ripa, intu-
entis populi tanta multitudo, vt bi-
culis obijceret. Succendentibus etiam
plurimis diebus, nihil præter conuiua.
Communi- tripudia, hastiludiorumque spectacu-
nis latitia la, passim per Vrbem exhibebantur, vt
aureum illud celebratum adeò poëtis
sæculum, Leodinæ genti, & Augusti
Cæsaris felicitatem ipsius Principi, dijs
liquando propitijs obtigisse videre-
tur.

tur. Enim uero sexta ab solenni hac inaugurationis luce, Illustrissimus Iulius, Cliviae, ac Montium Dux, curis reuocantibus, amantissimo suo Nepoti valedit, largissimaque vini copia à Ciuitate donatus, cum vniuerso fortunæ suæ strepitu, ad Ditiones suas reuertit. Visum est interim Illustrissimis Bauariae & Arschotti Ducibus, Lantgrauio etiam, ac Illustribus plerisque Comitibus plusculi temporis mora Serenissimi principis desiderio indulgere, qui elapsis demum aliquot dierum septimanis, vini copia & ipsi à Ciuitate co honestati, ad abitum potiori ex parte itidem sece accingunt.

I. S. E. valedicturi, conuiuio dum accumberent, ad animi nostri, erga Serenissimum Principem testandum affectum, poëmata nonnulla, Illustrissimorum fratrum Excellentijs obtulimus: inter quæ subsequens, de Leodinæ Vrbis auspicijs, Principumq; ipsius res præclarè gestas, grauissimorum quorundam virorum instinctu, censuimus subiungendum.

Fert ERNESTE animus Leodinā dicere gentē,
 Tam durō fortē bello quām pace coruscām,
 Mūsa refer quibus auspicijs Eburonica virtus
 Fulserit, vt q̄ humeris prius & sine nomine terra
 Creuerit Imperium magnum, ea vera referre
 Principia, & causas tantarum expromere rerum.
 Vix caput extulerat, fidos cum poscere Reges,
 Eburonū ab initio
 Gens Leodina parat, quibus & qua potentia regno
 Et socii cum gente manus, tam feruida bello
 Dextera, & impatiens freni generosa propago.

Tempus erat claris cum Martia Roma triumphis,
 Edomitum patrias sub leges mitteret Orbem,
 Imperij Iamq; sequebantur viēt & longo ordine gentes,
 Rom. pro Italia, Germanis atros, Gallisq; rebellis,
 gressus. Indomitiq; Getæ, iam sub iugo venerat Ither,
 Cun verum f:ra successu Romana iuuenius
 Fribus haud contenta suis, inuadere Belgas,
 Instituit Latissq; acres submittere regni.
 Reſtitit Ambiorix, animoq; accensus ad arma,
 Edicit properare viros, quibus insita menit
 Gloria libertatis erat, Patriæq; salutis.
Quo ruis alte animis Eburo? num viribus impar,
Et numero, fatisq; minor, te opponere bello,
 Cæsar in Romanis audes Aquilis? si prælia Cæsar
 Gallijs. Fortè aduersa ferat, nondum tibi cesserit hostis.
 Pompei us in Ori ente. Nec gener extremis Asia bellator in oris
 Defuerit, saceriq; nec patietur insultam
 Crassus a pud Par. Nec Crassus, spolijs Parthorum diues & armis
 thos. Si Latias vñquam remearit victor ad Urbes,
 Quid reliquos dicam proceres, turbamq; Quiritum?
 In te

In te vertet onus Romana potentia belli,
Ast animis trepidare nefus, vicunque sequatur
Vincit amor Patrie, iuuat ire, Cæsar's arma
Audaci tentari manu, fortuna secunda est.

Iamq; Sabinus atrox, Aquilisq; insignis & hasta;
Ipse Petrosidius fatis congressus inquis
Ense cadit, fusoq; madet iam sanguine Cotta.
Illa dies celebris, Latio memorando criore,
Qua flös Aeneadum, qua vis Romana, triumphis
Externis deuicta iacet, sic Legia victrix.
Aeternum vix a nomen Legione tulisti.

Bellum?
Leodieni
cum Ro-
manis.

Inclita Tungrorum Materno Regna vigebant,
Ad Christum conuersa duce, & caligine pulsa,
Mollia tranquille peragebant otia gentes.
Heu? nulli durare diu (seu fata resistant,
Seu Deus humanas vertat per tempora leges)
Concessum, prius armipotens Octavia, casus
Infandos Honorum armis excisa subiuit.

Tungro-
rum Ciui-
tas.

Ergo Vrbis tantæ cladem miserata cruentam,
Traiectina cohors translatam in mœnia sedem
Excipit, hicq; acer patrijs Gordulphus in armis
Primus sceptra tenens, Agarenica castra potenti,
In Belgas conuersa manu prosternit, at illum
Nobilis, insigni Bauarorum à stirpe Baronum,
Consequitur Theodardus, amans qui iuris & æqui
Præclaram pro Christo animam cum sanguine fudit.
O Deus, ô Pater, est hominum cui cura salutis
Semper ades, famulo qui indigna morte perempto,
Lambertum populo instituis, Lambertus auita
Religionis honos, Sanctorumq; ardua morum,

D. Gôdul-
phus Tra-
iecten. E-
piscopus.

D. Theo-
dardus.

D. Lam-
bertus.

Regula.

Regula, non illum curæ non vlla laborum,
 Agmina fregerunt fidei dum semina sancte
 Taxandris confert rudibus, dum pastor amicas
 Sollicitus defendit oves, Regem ipse Pixinum
 Alpaide inducta thalamum fedare iugalem
 Turpe docet, proh grande nefas : hinc sanguine iuncti
 Alpaidi exarsere odij, rabidoq; furore,
 Sacrilegaq; manu, sanctum inter sacra trucidant.
 Heu columen virtutis obit : fle funera tanti
 Gens Leodina viri, luctus deprofile Mose
 Naiades, & saltus nemorum iam claudite Nympha.
 Quin luctus cohibete graues hoc sanguine quondam
 Legia sublimi tolles tua mœnia celo.
 Te virtute potens Aquitano à sanguine cretus

D. Huber. Extruit Hubertus, multis è millibus vnam
 tus pri- Insignem pietate Vrbem, belloq; coruscans
 mus Leo- Hic iura instituit nunquam interitura, relictam
 diensis E- Tungrorumq; locat Sedem, populoq; profatur :
 pis. Ciui- Hortor amare focos (inquit) gens inclita bello
 tat. sun- Et pacis seruare bonum, sub mœnibus altis,
 dator. Viuite securi, rerum primordia parua,
 Natura monstrante viam per secula surgant.

Iupilia lo- Est in conspectu famosa Iupilia Regum
 us illu- Sedes Liligerum, Imperij præbere coronam,
 tris. Quæ solet, hinc validis quondam surrexit in armis
 Carolus, assertæ qui Religionis amore,
 Magnus. Albicolas domat invictos, illum arma mouentem,
 Et Lybicu Garamas, extremus & horruit Indus,
 Nec gentes Italum, nec Iberica regna potentem
 Nesciuere Duce, Latias succurrere Sedi

Dum

Dum parat, & magnos vocat in certamine Reges.	Duo Pipi-
Quis geminos fileat mauortia corda Pipinos?	ni.
Vel te martipotens tacitum Martelle relinquat?	Caro. Mar-
Huberto qui primus opes, sceptrisq; potiri	tell. Tun-
Tungrorum institus, te surgens Legia nunquam	gros cum
Vlo se ianum tellus iactabit alunno.	adiacente
Hubertum sequitur natus Floribertus, at illum,	territorio
Pone subit validis heros Fulcarius armis.	D. Huber-
Inde Agilfridus Boiorum à sanguine Regum,	donat.
Quem Sequitur Gerebaldus, amans virtutis & aqui:	Floribert.
Hus pacem amplecti, & patrios seruare panates,	Fulcarius
Cura fuit, donec validis Hircarius armis	Agilfrid.
Bellaces Vbios, Ebironum exterminat aruis.	Gerebal-
Quis te Franco pater fileat? qui marte furentes	dus.
Nortmannos vrlut Alcides, velut arduus Hector,	Hircarius
Sistis eques sternis Danos, victorq; triumphans,	Stepha-
Alma Vrbis cladem, & Caesaris vlcisceris umbras.	nus.
Quid memorem Stephanum, & sacra & sceptr'a fe-	
rentem?	
Vir sermone potens, quem nectere carmina Musæ	D. Gerar-
Imparibus docuere modis, Permisside lympha.	dus.
Hunc sequeris Gerarde sacer, dein inclitus altam	
Sarmaticus decorat templis Eur acliis Vrbem.	
Procedit longè ante alios fortissimus omnes,	Notgerus
Heros, Notgerus pariter pietate vel armis,	
Conspicuus, Patriam magno turbante tumultu,	Condru-
Qui pacat, Grudios sternit, fortemq; Brabantum,	siorū di
Condrusasq; potens vrbes in sceptr'a reponit.	tio deuol-
Ille sacras mirè auxit opes, & templa deorum	uitur ad
Culmine sublimi vidit se attollere calo.	Eburonū
F	Nec
	Principē.

Baldricus

Nec te munificum fileam Baldrice, nec alto
 Illustrem Bauaro Reginaldum à sanguine cretum
 Insignem pietate virum, qui diues, egenos
 Amplexus, magnam decorauit pontibus Vrbem.

Vaso.

Hinc Vaso armipotens, Bauarus Theoduinus amita.

D Theo.

Cui fidei succedit honos ille inclitus heros,

duinus.

Harmonias sceptris Eburonum subjicit Vrbes.

Hanno.

Nec minus audacem mirata est Legia tellus,

nja Epi.

Henricum saeuos Patriæ dum funderet hostes :

scopo Le-

Nec te Oberte pater, memor aut tua facta filebit

od quon-

dam sub- Posterioritas, qui nascenti Bullonica cæstra

iecta.

Adiçis Imperio, dum vis Godefride triumphis,

Henric. I.

Inclite Iudea Turcarum excindere gentem.

Obertus.

Heurebus sublatæ suis, Leodina propago,

Bullonen

Infastus luxumq; ruit tum Numinis iræ

sis Duca

Insensi subire graues, hinc fulmine ab alto

tus emi

Fulfere, & toto sonuere tonitrua calo.

tur.

Non alias plures abrupto cardine, venti,

Excitare imbres, multi videre volantes,

Luce alta per inane faces, multi aëra cæcum,

Atque ardere Polum, stupuit rerum inscia virgo,

Dum sua in obscoenum se verteret vnda cruorem.

Certa indignati, & nos ad meliora vocantis,

Signa Dei, dum dira minans mortalibus instat.

Sed Burgundus adeit, natus melioribus annis,

Albero I.

Albero, qui iuris amans noua sacula condit,

Iratumq; Deum placat, sic Legia summum

Tollit ad astra caput, celsoq; assurgit Olympo,

Dum florere videt Leodina palatia bello

Clarus Alexander, quo Principe Legia nunquam

Spianai

Maiores

Maiores tulit heroas, dum mœnia Regum
 Videl inire nouem natos, Comitesq; Ducesq;
 Innumerous, mirata Vrbem Romana potestas,
 Ingenuis superare Italos, opibusq; leuare.
 Nec verò insignis Macédon Ioue natus ab ipso
 Magnus Alexander, maioribus iuit Achium,
 Vicerit indomitos Persas licet, aut Garamantum
 Perdiderit gentem, aut Indos tremefecerit armis.
 Non ita ab Aemathys Pompeiu ex hoste superbis,
 Ingreditur magna Cæsar Capitolia Roma.
 Inde potens nostris Limburge Henrice labantem
 Rem Patriæ firmans, imponis montibus arces.
 Hugo pater, quis te bello Præstantior alter?
 Dum tua perdendæ profers signa ardua genti?
 Marte instantे tuo, micuit sapè ignibus æther,
 Armatasq; acies, perculta Brabantia calo
 Videl, & obscuris vularunt noctibus umbras.
 Fastus & illa dies, quo iure insignis, & armis,
 Bina triumphato suspendis ab hoste trophya.
 Tum sacra Lamberto, solido de marmore templa
 Inslituis, festumq; diem per secula ponis.
 Tertius inde venit, sed adhuc iuuenilibus annis,
 Henricus, vir in armis erox, at amoribus egris
 Mollior Antistes, sapè aspera prelia tentans,
 Et clypeo pugnas accinctus obibat & hasta.
 Hinc Patriæ proceres inter procedit Adolphus,
 Marcia progenies, quem nec seu agmina Regum,
 Nec fregit labor assiduus, dum Tullius alter,
 Civiles cohibet fraterno à sanguine dextras.
 Hic prudens rerum, satis melioribus usus,

Nouē Regum, 18.
 Ducum,
 & 24. Comitum si-
 lij Leodij
 residētes.

Henricus II.

Hugo Pe-
trapōtius.

Henricus III.

Adolph.

- Loffensis** Loffenses primus populos in sceptr'a reponit.
Comita-
tus Leod. Aspice, vt insignis spolijs Antistes optimis
Episcopo, Engelbertus init, Leodina palatia victor?
subiicitur Hic gentem Patriam, magna turbante tumultu
Adolph. Pacauit, dum bella suis comitatus obiret,
Engelber- Armorum fremitu gemuit Taxandria tellus,
tus. Ingenteq; virum metuens in regna recepit.
Johannes Quis te bellipotens Boiorum affirpe Iohannes
Bavarus. Comiceat? Vultusq; tui aut Hinsperge decorum?
Iohannes Heupaci, & rebus nimium confise secundis,
Hinsber- Que nunc sublimi se Legia tollit Olympos,
gus. Burgundis pradam ducibus post fata relinques.
Erardus. Ne causam queras, mortalibus inuida semper
 Fatorum series, rerumq; volubilis ordo.
 Quo fessum o Erarde rapis? tu maximus ille es,
 Qui Patriæ lapsam cunctando restitu' rem,
 Ea decus nostrum, dum tanta palatia celo
 Extruis, & celsas imponis montibus arces,
 Quæ gens Italia, vel te nesciuit Iberus?
 Lilia dum firmo discordia fœdere iungis,
 Romanis Aquilis, timuit sibi Thracius Ifther,
 Instantesq; acies tremuit Bizantia tellus,
 Et septem gemini trepidarum ostia Nili.
 Eia pater patriæ, mane at sine pondere terra,
 Tam grato cineri, & longo memorabilis ævo,
 Spiritus eternum tranquilla in pace triumphet.
Cornel. Ergo Seuenbergus viridi florente iuuenta
 Succedit, post quem secura per ociare regnat
Georg. Austriones, pietate valens, & moribus equus.
Robert. Iude Roberte Breui rerum moderamina linquis

Gera?

Gerardo, cui labra dedit facundus Apollo,
 Tingere Pieria in Lympha, & prædiuite lingua,
 Magna loqui, quis ille cruces non pertulit? aut que
 Cura virum fregit? dum Religionis amore,
 Belgarum populos, concordi fædere iungit
 Hesperio Regi, Leodinaqz, sceptra tuetur,
 Arte potens, vt cunque ferent ea fatas sorores,
 Pacifici æternum nomen per sacula tollet.

Gerardus.

Respicit interea gentein Deus almus Olympo
 Patre suo mœstam, & tantum miseratus amorem
 Solamen confert, dum te fate sanguine Regum
 Mittit Eburonum Princeps E R N E S T E benigno, Ernestus.
 Et regere Imperio populos, & condere leges.
 Institiæ columen quem vidit Norica tellus,
 Latæ suo partu, cui gratia rara parentis
 Alberti, & preftans foret in præcordia robur.
 Hesperia in magna properas dum carpere fructus
 Virtutum stupuit Romani cardinis ordo,
 Insignem pietate virum, cui maxima sanctam
 Curæ esset seruare fidem, iustumqz tueri,
 Aspice promeriti quæ fert monumenta triumphi
 Marte potens Eburo, te clamat conscius aether,
 Te nemus omne canit, geminatqz, in litore nomen
 Lympha tuum, ruit ad plausus Leodina propago,
 Et letam viridi velatur fronde per Vrbem.
 Non tanto applausu celsa ad Capitolia Cesar,
 Victor agit currum validis licet inlytus armis,
 Orbe triumphato, Imperium per sacula condat.

O E R N E S T E, cui magnam Deus Opt. Vrbem,
 Iustiaqz, dedit populum frenare potemem:

F

Te

Te Duce si qua tenet vanas discordia mentes,
Si qua sinistra fides, melioribus irrita fatis,
Aurea tranquilla florebunt tempora vita.

Carmen Chronographi-
cum:

ERNESTI InVeber Is LeodIna paLatia PrInCeps
MarCeLLO Ut gratV's CLares ab aXe dIes.

REVERENDISSIMI
AC SERENISSIMI PRIN-
CIPIS ERNESTI, HVIYS
*nominis Primi, in reliquis Patria
Leodinæ Vrbibus so-
lennis*

IN AVGVRATIO.

Serenissima S. Celsit. receptis
Marchionatus sui Francimō-
tani, Stabulensisque Prouin-
ciæ municipijs, non ignara quam ad
subditorum confirmandos animos,
boni Principis conducat præsentia,
postquam per menses aliquot Stabu-
leti hiemasset, ad Vrbium amplissimę
suę

sua Ditionis, maiorum more inaugu-
 rationes, maturo consilio, animum in-
 tendit. Quod ut aspirantibus superis,
 feliciter tandem inchoaret, Stabuleto,
 versus Le grand Han, celebre munici-
 pium, digreditur, 6. Idus Feb. Anni 1582.
 Quo in loco collectis præcipiæ Nobi-
 litatis agminibus, adiunctoq; in itinere
 Illustriss. Areburgensi Principe, Op-
 pidum D. Huberti, non abs re, in fidem
 ante omnia recipere placuit. Hoc quā-
 quam multis ac legitimis de causis, Le.
 odinorum Principū imperio, pacificè
 hactenus subesse debuerat, tamen quod *ti infidem*
 inter Leodini, ac Lucemburgensis agri *recipit*.
 confinia, sitū esset, diu super illius hinc
 obtainendo, illinc retinendo dominio
 concertatū est, ut Leodinis semper quā
 externis Principibus magis addicti Ci-
 ues, multa ab vicinis se indigna pati co-
 gerentur. Pientissimus igitur ac ingen-
 tis animi Princeps, ouium suarum ma-
 lis permotus, eas & præsentia sua con-
 solari, & ab omni imposterum iniu-
 ria vindicare statuit. Principis itaque
 sui legitimi aduentu, alacres facti, ac
 velut calamitatibus suis omnibus

*Princeps**Oppidum**D. Huber-*

iam defuncti incolæ, ad duo passuum
milia armati, obuiam contendunt,
miraque congratulatione, incredibili-
qué lætitia, Pastorem suum ac Libera-
torem agnoscunt, atque excipiunt.

Est Oppidum illud antiquissimum,
clarissima D. Huberti, Leod. Ciuit. fun-
datoris, Abbatia nobile.

Princeps Bullonum ingrediatur. Sequenti luce, recepto in fidem D.
Huberti Oppido, Bullonum conten-
dit, quod sub diei Dominicæ vespe-
rum appropinquans, horrendo belli-
corum ex arce tormentorum fragore,
subinde salutatus est. Cui tertio tandem
die splendidissimis conuicijs exceptus,
honestisque muneribus co honestatus,
valedixit.

Bullonum, viginti circiter miliari-
bus Leodio dissitum, antiquissimi Du-
catus caput, arcem habet omnium, (si
ex fide propugnetur) opinione, inex-
pugnabilem. Ab hoc tanquam pater-
na hæreditate, nomen suum sortitus
est. Inuictissimus ille Godefridus Bul-
lonius, qui cum Eustachio ac Balduino
fratribus, in Concilio Claromontensi,
Godefri- Hie- rusalem Palæstinæ in Asia expeditionem om-
niū Rex.

nium primus suscepit : quod ut com-
modius perficeret, Ditionem illam O-
berto Leodien. Episcopo vendidit.
Hic fortissimus fidei athleta, ducto se-
cum Galliarum, ac totius fermè Occi-
dantis robore, primus Vrbem Hiero-
solymam succedente Balduino, victor
est ingressus, Anno Domini 1089. Au-
ream Iudaici quondam Regni ab exer-
citu oblatam coronam, constanti ani-
mo recusauit, cùm indignum diceret *Godefridi*
hominem, in ea Ciuitate auro corona. *Regis mo-*
ri, in qua Deus Optimus spinis pro fa- *destia &*
lute Mundi, sese redimi passus fuīs. *pietas.*
set.

Duodecimo Februa. Giuetum, ab v. *Giuetum.*
traque Mosæ ripa situm municipium,
pari applausu ingreditur.

Exacta ibidem nocte, Hirgium cele- *Hirgium*
berimi Baronatus municipium, in-
gressus, ab loci Dinasta, prandio mag-
nificè exceptus est. Inde ulterius per-
gens, Couinium peruenit, atque huc Il-
lustrissimus Cimacensis Princeps I. S.
C. salutandi gratia, cum insigni Nobi-
litate, officiosus accessit.

Decimaquarta dicti mensis, Flori. *Floriniū.*

F s nium

nium amplissimi Baronatus caput ingreditur, & ab loci Satrapra Cœna magnificentissima ludorumque spectaculis exhilaratur.

Hanseru- Decimaquinta, in celebri arce de
sium. Han sur Heure, pernoctat, ab Illustri Barone de Moreaumé, omnium sedilitate, atque officio cohonestatus.

Tudiniū. Decima sexta Tudinium peruenit. Huius officiosissimi Ciues, nec sibi, nec sumptibus ullis magnifici pepercere, quo præsentem suum Principem exhibarare, ac illius affectum, præmereri quoquomodo possent. Abest Tudiniū ab Leodio decimonono, à Montibus autem Hannoniæ, quinto tantum miliari Oppidum, & situs amoenitate & Canonicorum Collegio nobile.

Lobbiens- Decima septima famosi illius ac opulenta-
sis Abba- pulentissimi Lobbiensis Cœnobij Archimandrita, Principem suum prandio lautissimo cum excepisset, Bello-
tia. montem vicinum Arschottani Ducus in Hannonia Oppidum (ad quod vi-
Bollomon- sendum Illustrissimus Dux S. C. omni studio atque obtestatione prouocarat) pergi coptum est, vbi Regali pro-
tium. pemo-

pemodum apparatu , fuêre celebrata
conuiua.

In sequenti luce penes celebratissi-
mi Aluenis Coenobij Præsidem S.C. *Aluenis*
prandet, ac subinde Fossum versus, Ca. *Abbatia.*
nonicorum Collegio insignem . iter *Fossa Op-*
vertit, summisq; honoribus ab Oppidi *pidum.*
illius incolis Principi suo clementissi-
mo aggratulantibus afficitur.

Decimanona Dionantum vterius *Dionan-*
progreditur, quod cum appropinqua. *tum.*
ret, frequentes Vrbis illius incolæ , ar-
mis præfulgidi , obuiam longius pro-
cedunt, tormeta bellica, tonitru ex arce
horredo, disploduntur, nonnulli gladijs
certare, alij Satyroru , Nympharumq;
in morem choreas duere, plerique lu-
culentissimis equis, hastis, galeaq; con-
spicui , Principis sui coloribus amicti
conspiciebantur. Ut miru sit, quanta o. *Triumphi*
nnium lætitia, conuiuioru splendore, *exhibiti.*
munerum præstantia , spectaculorum
festiuitate, S.C. exhilarare cotenderint,
magnifici illi atq; cordatissimi ciues.

Abest porro Dionantum duodeci. *Dionan-*
mo à Leodio lapide, ad Mose dextram *tensis Vr-*
conditum, arcem habet in eminentiſ. *bis præ-*
simo stantia.

mo rupis vertice hanc licet Henricus II. Francorum Rex (diu ab imposito milite, nequicquam egregie defensam) Anno 1554. propemodum attruerit: pristinotamen robori, Principum suorum diligentia, paulatim restituitur. Fuit aliquando Oppidum illud, & loci natura, & mercimoniorum frequentia nulli in Belgio secundum, cui rerum humanarum instabilitate, quanquam prisci splendoris multum decesserit: permanet tamen etiamnum, status & conditionis non mediocris, quod ei adiacens ager, mira sit fertilitatis, è cuius etiam præruptis montibus, ferrum, ac lectissimi marmoris ingens copia, indies eruitur. Patria est tam multorum ingeniorum, tum doctissimi Henrici Deueri L. C. clarissimi parens.

*Prælium
campestre* Postquam in tertium usque diem, Dionensium affectibus S. S. C. indulisset, Cenacum versus iter prosequitur. Dionenses Principem suum a Vrbe longius honoris gratia deducentes, in Cenacenses, qui pari studio aduentanti obuiam properabant, bellico more

more irruunt, præliumque aspectu
iucundissimum, medijs in campis com-
mittitur. Est porrò Cœnacum anti. *Cœnacum*
quissimum Condrusij Oppidum, *Ca.* *Condrusi-*
nōnicorum Collegio nobile. *orum Op-*
pidum.

Sequenti die in Cœnobio Vallis no-
stræ Dominiæ, ab loci Abbatissa, solen-
ni conuiuio, atque hospitio exceptus, *Abbatia*
ad Huensis Vrbis inaugurationem, *Vallis no-*
(quæ illinc medio tantum aberat mi- *ad Do-*
liari prandio altera luce hilariter sum-
pto, se se parat. Quam crebris, tum ex
arce, tum ex Vrbis ipsius mœnibus, tor-
mentorum ictibus salutatus, ingredi-
tur, mensis Febr. die vicesima tertia, di-
ctu mirum, quanto Clivium, ac totius
viciæ eo confluentis applausu, exce-
ptus fuerit Illustriss. Princeps. Quo-
rum tot apparatas fornices, instaura-
tos triumphos, editaq; spectacula con-
sulto hic prætero.

Fuit antiquitus Vrbs illa famosissi-
ma, quam Aelius Pertinax (quanquam *Huenfis*
nonnulli id Antonino Pio tribuant) *Vrbis ex-*
in collum amœnissimorum vertice, *cellentia,*
ac Mose medij profluentis planicie,
cum exædificasset, benefactam appell-
lauit.

Iauit. Temporum verò progressu Barbarorum ab Aquilone inundationibus, miserè diuexat, ac in postremum penè euersa, ab Hoio amne, qui illic rapidissimus, Mosam influit, Hoium est nuncupat. Hodie sanè nobilissimo Canonicorum Collegio, Parochiarum, ac Cœnobiorum splendore, comprimis illustratur. Pontem (inter cætera egregia) habet operosissimum, qui Vrbem ipsam velut medianam intersecat, ad cuius dextram Arx munitissima (sæpius dicti Cardinalis opus) exurgit, tanto structuræ artificio, atque elegantia, ut vix Europa ipsa parem habere credatur. Vicinus ager pecorum, frugum, ac ferri optimi, mire ferax.

*Arx incō-
paranda
structure.* Ab hac Vrbe, Leodium quarto inde lapide reuersus, paululum ab instituto conquiescere, & per carnivalium dierum fluxus, Ciuitatis ac Patriæ suæ Primoribus Conuiuum magnificen- tissimum, miro quodam ergo ipsos af- fectu, instituere placuit.

AMPLIS.

AMPLISSIMI LOSSEN.
SENSIS ET HASBANIAEComitatum solennis Inau-
guratio.

Serenissimus itaque Princeps, exa-
ctis hunc in modum Leodij carni-
ualibus, clarissimo procerum agmine,
neonon quatuor ciuitatis selopettario-
rum vexillis stipatus, ad amplissimi sui
Comitatus Lossensis & Hasbaniæ In-
augurationem proficiscitur, 4. Nonas
Martias, prima ieunij Quadragesima-
lis Dominica, Tungrorum in itinere
tertio à Ciuitate lapide dissitam Vr-
bem dum accelerat, Hasbani gens ani-
mosa, armis suis egregiè instructi, plu-
vio nequicquam obstante cælo, in me-
dia agri planicie militari more concer-
tantes, & eximij sui in Principem affe-
ctus, & bellicæ fortitudinis, dexterita-
tisque certissimam laudem retulerunt. *Prælij a-*
ctus, & bellicæ fortitudinis, dexterita- *trocis spe-*
cies.

Sub diei illius vesperum Tungros in-
gressus, inusitato Cinium applausu,
spectaculisque in subsequentem penè
auroram studiosè productis exceptus
est. *Tungrorum*
Vrbs an-
quis. 44.

Est ea

Est ea Tunguorum Vrbs, ad flumen Iecoram, à Tungris Germaniæ populis, nomen suum sortita, utpote qui omnium primi ante C. Cæsaris tempora Rhenum Occidentem versus transgressi, vrbem eam condidere. Horum bellicam virtutem, reliqui Germaniæ *Germaniæ* populi admirantes Germani illos vox à Fū-
cabulo (quod perfectè virum sonat) grū pri-
mū or- primū appellarunt, idemque hoc
ta. nomen vniuersæ postmodum suę gen-
ta, velut gloriosum, indiderunt. In tantam porrò excreuit hæc Vrbs potentiam, ut sub Menapio Godefrido, Ca-
rolo Hinacio, Ambiorige, cæterisque Regibus, nobilissimis per circuitum Prouincijs longè lateque imperarit. Ex qua etiam famosi illi Pipini, Caroli Magni progenitores, ortum habuisse in confessu est. Constat in ea, Hunnorū per Europam inundatione, præter innumera summi splendoris ædificia, supra centum structuræ admirandæ Diuorum Templa, euersa penitus, ac desolata fuisse. Hæc est memorabilis illa Ciuitas, quæ omnium Galliæ ac Germaniæ Vrbium prima, Chri-
*Vrbis Tū-
grorum
quænta o-
lim maie-
stas.* sti fi-

sti fidem, Materni prædicationibus, amplexa est, qui rebus ibidem confirmatis, obiit primus Tungrorum Antistes, circiter annum Domini 138. atque inde Episcopalis sedes, Traiectum B. Seruatij ope aliquando perducta, Leodium tandem sub D. Huberto Antistite translata est. Cessit Vrbs illa, cum adiacente territorio, Caroli Martelli donatione, B. Huberto Leodiorum primo Antistiti, ipsiusque in perpetuum successoribus. Visitur ibidem inter reliqua admirandę vetustatis monumenta, celebratissimum illud iter, Lutetiam usque, recta fermè linea, sese pretendens, opus verè Romanum, quod Iter ad continendis in officio Belgarum populis, prouidè excogitatum fuisse vide operū. tur. Est nunc Vrbs illa insigni Canonorum Collegio, ac mercaturæ (præstantissimorum præsertim equorum) frequentia percelebris.

Sequenti orta luce Loffam, amplissimi Comitatus caput, iter intendit, peracta ibi hilariter prædio, Trudo. nopolim vterius dū progreditur, Lof sensis Oppidi primores, cunctos loci,

G acto.

Loffa amplissimi Comitatus caput.

ac totius viciniæ incolas, ad instaura-
tas epulas in communis lætitiae ac li-
beralitatis argumentum publica pre-
conis voce inuitarunt. Est autem Los-
ensis Comitatus antiquissimus, quem
Carolus Magnus, Ogerio Dano Fran-
ciæ pari in virtutum præmium, do-
no aliquando dederat, temporum
verò lapsu, mortuo sine hæredibus
Ludouico Comite, Prouincia feu-
di iure Leodinorum Principum esse
cœpit.

Trndono- Trudonopolim ingenti festiuitate,
polis Vrb. ac incolarum portis passim sese effun-
dientium applausu, ingreditur sub pre-
dicti diei vesperum, vbi haud minori,
quām in reliquis Patriæ Vrbibus rerū
omnium apparatus splendore, conde-
coratus est. Est Oppido ab opulentissi-
ma D. Trudonis Abbatia, nomen indi-
tum, quod Centrones ab Iulio Cæsare
commemoratos populos, olim inco-
luisse, quidam memoriae prodiderunt.
Rudol- In fertilissima planicie conditum, in-
phus quon- colas habet morum humanitate ac na-
dam Ab- turæ industria commendatos. Patriæ
bas D. est insignis illius Rudolphi Abbatis,
Trudi. inter

inter eruditione illustres viros, à Trite.
mio studiosè recensitis.

Quinta Martij Hasceleti prædicti
Comitatus ad Demeram flumen cele-
bri Oppido solenniter inauguratur.
Nihil hic quod ad Ciuium splendo-
rem, atque magnificentiam, gratumq;
erga S.C. testandum affectum, incredi-
bili omnium studio, prætermissum est.
Huius Oppidi Ecclesia prementibus fi-
dei malis multum anxia, Pastorem su-
um, ac Principem hunc in modum al-
loquuta est:

O ERNESTE sacer Christi, illuſtrissime Praeful,
Tu mihi ſollicita triftia fatalēua.
Suscipe me, ſeprena ſimul qua munera Christus,
Fæderis eximij ſponsus amorq;
Tu ſponsi, ſponsaq;
ſimul pia iura tuere,
O Christi Domini tu Par anymphe mei.

Septima dicti mensis, Hasceleto in
fidem recepto, Curingiam peruenit, *Curingia*
in qua amoenissimum illud ab Illu. *inſigni*
ſtriſſ. Cardin. à Marca extructum Pala. *Principis*
tium postquam perlustrasset, ad Brēam *Palatio*
Oppidum iter prosequitur. Hic præter *nobilis*.
exquisitissimarum (quas Quadragesi-
male tempus ſuppeditare poterat) epi-
larū, veterisphalerni preſtantia, nusqua *Brēa Lof*
sensis Co-
mit. Op-
pidum.

vberiori, doctissimorum poëmatum copia, S. C. condecorata est adeò, vt plerique etiam ingenui loci illius adolescentes, Coloniæ Agrippinæ literarū studiosi, Serenissimi Principis sui laudes, non infeliciter decantarint Oppidum est, & cæli salubritate, & ingeniorum solertia, nulli cedens.

Driopolis Octaua die Vrbem Driopolim, in-
vulgo Ma gressus est. Vbi inter exultantium Ci-
 feic. uiuum triumphos, nulla Germanici, Gallici, aut Cretici etiam vini genera, hilaribus conuiuis defuerunt. Est hæc Loffensis Ciuitatum Vrbs ad Mosæ ri-
 pas amœnissima, Canonicorum insi-
 gni Collegio, & Coenobiorum splen-
 dore illustris.

*stoche-
 mium.* Nona dicti mensis, Stochemium versus, primò à Driopoli lapide, ad lœuam Mosæ situm, pergitur. In itine-
 ris illius medio, Driopolitani Illu-
 strissimum Principem longius dedu-
 centes, obuiam factos Stochemenses
Ingentis
*prælÿ spe-
 cies.* in colas, bellico more aggressi, feruen-
 tissimi certaminis speciem, summa in-
 timentis S. C. voluptate, medijs in cam-
 pis, ediderunt. Visitur Stochemi arx
 vali-

validissima, à sæpius dicto Cardinali,
ab integro fermè restituta, quæ & iu-
cundum aspectum, & gratam Oppido
securitatem præbet.

Decima Martij receptis hunc in
modum Patriæ suæ Vrbibus, Leodium
Eburonum reuertit, Traiecto ad Mo-
sam, in itinere ad Ixuam relieto, cuius <sup>Traiectū
ad Mo-</sup>
inclytæ Vrbis, licet iusta dominij me- ^{sam.]}
dicas, ex antiquissima Pori Louanien- <sup>Traiecti
medietas</sup>
sis Comitis donatione, ad Leodinos ^{quomodo}
spectet Antistites, Pientissimo tamen ^{ad Leod.}
Principi recenter perpeſarum ipsius ^{Antist.}
calamitatem miserto, inaugratio. ^{specet.}
nem suam differre, & Ciuium longa
bellorum clade attritis rebus in melio-
ra hactenus tempora parcere visum
est.

Hæc igitur velut per transennam
tantùm ostendisse suffecerit, cum infi-
niti propemodum operis foret, singu-
la quæ hic memoranda contigerunt,
sigillatim persequi id tantùm colo-
phonis loco dictum velim: nullum vel
sæculi nostri, vel priscorum memoria
Principem, maiori subditorum ap-
plausu, ac tripudio, exceptum vñquam

G 3 fuisse.

fuisse. Deus Opt. Max. C.T. magnani-
mos ac generosos conatus, ad nomi-
nis sui gloriam, Patriæ salutem, ac to-
tius Ecclesiæ suę stabilitatem immensa
sua bonitate prouehere dignetur.

DE BOIORVM ORI- RIGINE, REBVS GE- STIS, ET BAVA- RIÆ PRÆSTANTIA.

*Johan. A-
uentinus
Bauaria
chronogr.
Bernard.
monachus
Chremb-
monaste-
rien. &c.
Diodorus,
Plin. Pto-
lomeus,
Cato, de
origimb.
&c.*

BOIORVM prima origo, ex Ar-
menia ab authoribus classicis
repetitur, qui scilicet inde pau-
lo post diluuium in Vindeliciam, at-
que ad Istrum migrarint. Neque à ve-
ro id prorsus alienum videtur, cùm
primi populorum motus, ab vniuersa-
li terrarum inundatione, illic initium
duxerint. Postquam autem in magnâ
gentem Boij excreuissent, gentis illius
manus non exiguas in Galliam & Ita-
liam exonerandę terrę gratia abiisse, v-
bi Græcis postmodū, atq; Latinis scri-
ptoribus, peracto Troiano bello, rerū
præclaræ gestarum memoria, toti penè
mundo innotuere. Originis huius fidē
nobis

nobis facere videtur Bernardus, dum ex militibus sub Frederico, ab Asiatica expeditione domum reuersus, audiuit se se refert, procul ipsos in Asia ad Septentrionalem Armeniæ plagam, incolas reperisse, qui Boiorum sermonem exactè sonarent. quin & hodie pluri. *Vulgaris Lazius de gentium transmigr. tractat u de Boijs.*

DE BAVARIAE INSIGNIUM RATIONE.

Bauariæ Insignium rationem, ex hac causa adferri posse, scribit Aventinus: Psammeticum videlicet Aegypti Regem, ut gentium antiquitatem experietur, duos recens natos infantes, pastori educandos tradidisse serio, etiā ne quisquā cum eis colloqueretur, interdixisse, quo factū est, ut cūm adoleuissent, fame aliquādo coacti, inclamauerint: Becha: quam vocē Scytharū ac Phrygū esse postquā intelligeret Rex, originis antiquitatē vtrō illis cōcessit. Atq; hæc dictio non solum Germaniæ aliquot populis etiamnum permanet, verū etiā Boiorum ipsi Principes, in

G 4 genti.

gentilitijs suis insignibus panes seu pa-
chenas 24.ⁱ duodecim scilicet albos, ac
cælestini coloris totidem, ad gentis
suę denotandam antiquitatem, retinu-
erit. Tulerunt panes huiusmodi, sed
alijs distinctos coloribus Duces Dec-
censes, cum Regulis à Kinseck, ma-
nentque in hoc usque tempus, in Baua-
riæ familię aliquot illustres à panificio
cognominate, cuiusmodi sunt Daxen-
beck, Hirschenbeck, Schvveinbeck,
Vrsenbeck, Schvvartzenbeck, quibus
etiam Taxenbeck, & Kindsbeck con-
iecturam hanc nostram confirmare
videtur. Habuit ea Boiorum gens
(vel rerum humanarum impellente
vicissitudine, vel terra productorum
hominum fertilitatem non ferente,
seu potius insita generosis populis re-
gnandi libidine) multas à prima sedi-
um mutationes, adeò ut non solùm
Austriam omnem, ac Bohemiam, gen-
tis suę ubertate impleuerint, sed & Pan-
noniam, Alpesque Noricas, Carin-
thiam insuper, ac Stiriam, plurimaque
Italiae loca velut inundatione facta co-
operuerint, hinc Titus Liuius 5. ab Ur-
be con-

*Boij sedes
suas fre-
quenter
mutat.*

be condita: Boij (inquit) Lingonesque cùm inter Padum atque Alpes, omnia tenerentur, Pado ratibus traie^{sdem Po-}
 &to, non Hetruscos modò, sed etiam libius hist.
 Vmbros agro pellunt, intra Penni sue lib. 2.
 num Fessæ tamen tenuere. Quos sanè
 è Norico, Alpibusque postea à Roma-
 nis pulsos, in Vindeliciam migrasse,
 Regnumque illud memorabile secus
 Dannubium excitasse, verosimile est,
 quod alternante postmodum fortu-
 na, in Boiarię Ducatum Marcham Bo-
 iariæ, Lantgrauiatuſ, Palatinatus, ac
 Burggrauiatuſ seſtum fuisse, haud ob-
 scuris argumentis conſtat. Fuit etiam
 Palatinatus Bauariæ Ducatui aliquan-
 do incorporatus, verùm sub Ludouī
 co ſexto, & Rudolpho ſeptimo fratri-
 bus, ab ea diuifus est, licet Ditionis
 nonnihil in Nortgoia retinuerunt Pa-
 latini. Nobilis portò Boiorum Pro-
 uincia, optimè constitutis legibus tam
 benè instruēta erat, vt ſub Regibus to-
 ti ſermè Orbi metuendis, florente æ-
 quitate, feliciter verteretur, qui tanta
 etiam inter æui illius Reges ſublimita-
 te fulgebant, vt quemadmodum Ae-

G 5 gyptij

gyptij quondam Reges, Ptolemæi, Par-
thorum Arsaces. Persarum autem Im-
peratores hodie Sophi appellantur. Ita
Boiorum & Inuictissimi illi Boiorum Principes
Reges vo- Cacaneorum Hungaris gentilitio no-
cabulo Ca- mine singularis præstantiæ ergo nun-
can olim cuparentur. Mansitque tamdiu ea dig-
nucupati. nitas incolumis donec Arnoldus, Ca-
roli Magni filiis in Imperio successor,
expulsis inde Regibus, Provincia sub
Ducibus esse cœpit Anno Christi 900.
qui ab illustri Agilophingorū familia
stemmatis sui primordia repetentes,
Boiorum Populis annis 190. prefuerūt.
quorū scilicet progenie ex Burgundis
ortis iuxta Salicæ Francorum legis sta-
tutū Bauarica successio debebatur. Ve-
Auent. li- rūm Auētinus Vvelphones eos, à quo-
bro 6. An- dam Altorff Vvelphon nominat, ori-
naliū ginemq; ab Suæuis ac Suæviæ Ducum
Boiarie. familia, ipsis tribuit, à quibus calami-
Vvolgan- tate sua memorabilis illa Vvelpho-
gus Lazi- rum, siue Guelphorum, ac Gibelli-
us contra norum factio, exorta est, quæ Italianam
opinionē vniuersam atque reliquam propemo-
Blondi & dum Europam, longissimo tempo-
Sabellici. rum decursu, varijs bellorum turbi-
nibus

nibus attruit, ac penè euertit. Regnum itaque florentissimum, in subie. ^{Abbas Vr-}
 Etam Francis præfecturam migrans, ^{spergen.} in suis Pa-
 ac dein recidiua sorte, in pristinum ralipome,
 decorem restitutum, diuisis postre. Otho Fri-
 mò cum subiectis Ditionibus agris, singensis
 Ducatus esse coepit. Descendebant au. ^{lib. 2. c. 2.}
 tem Prouinciæ huiusmodi ad Prin. ^{Naucler.}
 cipis officium. Ab Oriente quidem, ^{Blond. de-}
 Marchio Boiariæ, & Palatinus Cray. ^{cad. 2. li-}
 burgensis, cum proximis duodecim ^{bro 7.}
 Comitibus Bauariam aduersus Hun-
 garos turbantur. Ab Occasu, ex Prin-
 cipum ordine, Palatini Scyrenses, ac
 Vviltelspanenses, cùm plus minus sex
 magni nominis Comitibus, Suæuis e-
 rant oppositi. Septentrionalem porrò
 Boiariæ plagam, Marchiones Vogbur-
 genses, & Lantgrauij Ratisponenses,
 aduersus vicinos Sclauos fortiter adse-
 rebant, atque his temporum progres-
 su, Burggrauij Norimbergenses, &
 Lantgrauij Leuchtemburgenses, in of-
 ficio successere, quibus etiam præcla-
 ri bello Comites decem in laboris sub-
 sidiū adiungebantur, Marchiones verò
 Andecenses (qui etiā Morauię duces ad
 Athē.

Athesin fuere) cum plerisque Comiti-
bus Romanorum, Italorumque viri-
bus ab Alpibus & Meridie opponeban-
tur.

Romani Imperij iugum omnium
Germaniæ populorum primi, ter de
Romanis triumphantes Boij ceruici.
Vvolgan. bus suis excusserunt. Tantæque existi-
Lazius de mationis illorum erat Prouincia, vt
Boijs. pro ipsius à Morauis perrupto limite,
difficillima sex bella, cum Batislao &
Svatibogo gesserit Carlomannus, at-
que proinde non immerito miretur
Carion, cur Otho III. cum Principum
Imperij Electorum, Pontificis ope san-
ctionem ferret, dignitas tam sublimis,
Bauariæ potentissimis Ducibus com-
missa non fuerit, vtpote qui & reli-
Lib. 3.
quarta
Monar-
chiae, ter-
tia etatis. quos Germaniæ Principes, Ditionis
amplitudine facilè antecellerent, &
Bauariam, atque Austria, ad Aqui-
leiam usque, sibi per id tempus subie-
ctam tenerent.

QVANDO AD FIDEM CON-
uersa sit Bauaria.

Ad Christum conuersa est Bauaria
circi-

circiter annum Domini 182. prædicationibus Lucij (ut quidam volunt) Angliæ Regis, quæ maior Britannia dicebatur: postmodum verò Ruperti, atque tandem Bonifacij Moguntini Episcopi concionibus, egregiè confirmata. Suscepta Christi sive, optimè viuen-
Boiorum
di leges ac instituta genti perscripta leges.
sunt, veluti: De Ecclesiæ libertate, De *Munster.*
Incendiarijs Ecclesiarum, De confugi. lib. 3. cap.
entibus ad Ecclesiam, De Clericorum 362. fol.
percussoribus, De decimis, De seditio. 765. Lu-
forum pœna. Leges etiam Castrenses, *tissime*
de Libertis, de Nuptijs, & causis muli-*Francisc.*
erum, de Furtis, de legibus Agratijs, *tus in sua*
Commendatis & Commodatis, Hære*vniuersali*
ditatibus, Emptione & Venditione, Orbis hi-
quorum plæreque Pontificio, ac Cæsa*stor, tra.*
reo, quo nunc utimur iuri, omnino*cta. de Ba*
conformes sunt. Seuerinus Rauennas *uaria.*
sex in eo populo Cathedras, sub hoste
etiam Christi Gibolpho Rege, exorsus
est, seu potius (ut quidam asserunt) re-
nouauit. Laureacensem scilicet Me-
tropolitanam, Antiquam Iuuauien-
sem, ex cuius vetustissima arce, Julius
Cæsar Germaniam primùm bello im-
petere

petere aggressus est. Ouilabiensem insuper in Ripensi Norico, & apud Vindelicos Quintauensem, Batauensem, ac Tiberinensem. Hodie porrò quatuor insignes continet Episcopatus, Saltzburgensem Metropolim, Passauensem, Frisingensem, & Ratisponen.

BAVARIAE QVALITAS.

Bauarię Regio nemorosa est, ac plurimq; montuosa, quam Danubius Europæ fluviorum maximus, cum Isara, Vilsa, Oeno, Salsa, Lico, Mosaco, alijs quic nonnullis fluminibus irrigat. Vribibus ambitionis & magnificis, ante reliquas Germaniæ Provincias maximè celebris, continet enim spectatę amplitudinis Vrbes 34. minores autem 96. Satrapias 150. arcibus suis plerunque munitas, Pagorum verò (quod nonnullis vix credibile videbitur) decem milia. Hanc Provinciam nobilissimam multis Europæ Regnis longè præstantiorem, Sereniss. Inuidissimusq; Princeps Albertus, huius nominis quintus, filio suo Guilielmo, feliciter vita cedens, reliquit gubernandam.

BAVA-

BAVARIAE PER INCIPVM No-
stri temporis origo:

Bauariæ Ducum, & Palatinorum
Rheni nostri temporis incunabula, ab
Othono Palatino à Dachavvu, & Otho-
ne Palatino à Schiern, repetit Munste.
rus: Annales autem Bauariæ à Theo-
done primo illa ducenda common-
strant. Illo nimirum, qui sub Clodo.
ueo, quinto Francorum Rege, Roma-
nas vires, ex ea Norici parte, quæ nunc
Bauaria inferior nuncupatur, summa
bellicæ virtutis, ac libertatis afferen-
dæ gloria, feliciter expulit. Quem non
minori cum laude, Theodo secundus
imitatus est, cuius prorsus invicta ar-
ma, Romani ad Odingam fusi, ex-
ercitus clades docet memoranda. Ho-
rum omnino virtutem alij Boiorum
Principes viriliter prosequuti, dictam
Romanorum gentem trans Alpes,
in suam Italiam tandem reiecerunt,
sibiique ac posteris, vastissimam il-
lam Ditionem in hunc usque diem
confirmarunt.

ALBER

ALBERTI QVINTI, VTRIVS-
que Bauariæ Ducis, Familia.

Albertus huius nominis Quintus, vtriusque Bauariæ Dux, Inuictissimus Guilielmi V. vtriusq; Bauariæ Ducis, & Mariæ Iacobæ Badensis Marchionissæ filius, vti accepimus, natus est ipsis Martij Calendis, Anni 1528. Hic annorum octodecim cùm esset, vxorem duxit Illustrissimam Annam, Ferdinandi primi, Cæsaris filiam, idque Anno 1546. sub initium Schmalkaldici belli³, quo Philippus Hassiæ Lantgrauius, & Johannes Fredericus Saxoniiæ Dux, inuidit Caroli V. Cæsaris viribus, profligati sunt. Suscepit ille ex charissima Coniuge sequentes liberos :

Carolus primogenitus fuit Anno 1547. qui admodum infans è viuis excessit.

Guilielmus vtriusque nunc Bauariæ Dux, is ex Illustrissima Renata Francisci Ducis Lotharingæ filia, aliquot iam suscepit liberos, natus Anno 1548. 29. Septemb.

Ferdinandus, Anno 1550. 29. Ianuarij.

Frede-

Fredericus Anno Domini 1551. is
ante ætatem iuuenilem vita functus
est.

Maria Maximiliana, Anno 1552.
3. Iulij.

Maria, Anno 1553. hæc Illustrissi-
mo Carolo Austriae Archiduci nu-
psit.

Ernestus Leodien. Hildeshemen. ac
Frisingen. Episcopus, Administrator
Stabulen. &c. Anno 1554. 17. Decem-
bris ante meridiem.

Obijt Inuictissimus Dux Albertus 9.
Calend. Nouemb. Anni 1579. ætatis
suæ Anno 51. cuius mater altero post
filium anno diem clausit extremum,
Serenissima verò Coniunx etiamnum
Dijs propitijs supereft. Hæc habui, quæ
de Illustrissima Bauariæ Ducum fami-
lia dicere statui, ne Eburonum gens,
incomparandæ Principis sui Prosapiæ
omnino foret ignara.

H PROSO.

P R O S O P O P O E I A
A V G V S T A E E B V R O .
N V M C I V I T A T I S .

Lerag₃, censemur cerealibus oppida cāpis,
Sunt qua vitiferis nobilitantur agris.
Eaere Ephyre bimaris, clara est Noreia
ferro,

Dinitias alijs pascua lata ferunt.
Illa situ, specieq₃, decus, famamq₃ merentur
Mænibus hæc laxis, adib⁹ illa sacris.

Pluribus insignis nomen dedit annis honestum.
Quo meat, & remeat velificata ratis.

Hæc Urbes aliae, & dum singula quæq₃ potitur,
Pœna effert ipsis cornua syderibus.

Leodien. Ast ego lata fruor simul omnibus, omnia diui
terrae fer- In gremium quondam deposuere meum.
tilitas. Hic frugum omne genus, seu vis quæ falce putentur,
 Siue colona auido quas legat vſta ſinu.

Tritice & imprimis segetes, Enuea quod olim,
 Quamvis diuina confita gleba manu :

Laſerpitifer & quot non videre Cyrene,
 Tam sunt Hasbania rura beata meæ.

Vitium Plurimus hic etiam Bacchus, gratissimus or^t
vbertas. Cum ferus ardentes Sirius vrit agros.

Nemo mihi tactet summis quæ diuite vena
 Visceribus terra forte metalla trahit,

Minera- Hæc quoque dona mibi terra pater, vbera dextra,
lium co- Et dedit, & magno fænore cuncta dedit.

Eruitur

<i>Eruitur pinguis circum me a mœnia carbo, Asphaltum est, venas sulphuris intus alens.</i>	<i>Prodigio- sa ignium fomenta.</i>
<i>Quadrinventa auri redeunt hinc milia in annos, Qua ditat ciues vtilitate meos.</i>	
<i>Nec ferri est vsura minor, sed & vbera plumbi, Vectigal grande & marmora nostra ferunt.</i>	<i>Marmo. ra.</i>
<i>Singula quis referat, quorum hic insigne macellū est, Capreolos pingues, lanigerumq; pecus ?</i>	<i>Pecudum abundan- tia.</i>
<i>Quis referat varijs pomaria fructibus aucta ? Alcinoi tantas non dedit hortus opes.</i>	<i>Hortoru amœni- tas.</i>
<i>Labraq; Nymphaeum, gelidos per compita fontes Qui mibi messe auræ gratiaq; pocula ferunt.</i>	
<i>Et te Mosa canam, nam quo tot munera cæli, Si mutare alijs non datur villa mihi ?</i>	
<i>Ergo inter primos quos Gallia procreat amnes, Non tibi postremus Mosa feretur bonos.</i>	<i>Mosæ flu. opes.</i>
<i>Innumeris tua me felix beat vsibus ora, Et tuus innumeris aliueus edit opes.</i>	
<i>Ora dat immensas silvas tectosq; focoq; Materiam, omnigenis lustrag; tutæ feris.</i>	<i>Prata.</i>
<i>Prataq; vel denso passim redolentia fæno, Vel detondente pascua lata boui.</i>	
<i>Tu mihi squammiferi pecoris mille agmina nutris, Vicinis etiam sapè petita meis.</i>	<i>Piscium copia.</i>
<i>Hic Salar, hic faria, gelidis quos Veseris vndis Vrtaq; precipites, sub tua tecta vehunt.</i>	<i>Veseris, Vrta , & Ambla flu. Leo- dij Mo- sam in- fluent.</i>
<i>Carne ambo solida, saxorum cultor vterque, Tergora puniceis pictus vterque notis.</i>	
<i>Hac vmbra & croceis mustela interlita guttis, Hac annis melior, flumina barbus amat.</i>	<i>Lucius Pisces ra- xi.</i>


Lucius haud alijs vertit se suauior vndis,
Non alio Cyprinus dulcior amne natat.
Ille et iam, cui curua dedit vetus anchora nomen,
Maximus, haud rara est iurgite preda tuo.
Vilia ne numerem, vulgi solatia que sic,
Ausonia Gallus voce poeta vocat.
Sed dum ferre graues humero non abnus aluos,
Arborum præstatis. Quam magna ciues commoditate iuuat:
Per te que deerant largo dat copia cornu,
Quæ superant, alijs mutua distribuunt.
Hac ferrum exportant, tinctasq; bitumve glebas,
Et redemit alia merce, vel ære graues.
Hac Bacchum excipiunt venientem ab diuite Rheno,
Gallici ac Germani. Hac Bacchi florem, Gallica vina petunt.
ci vinico. Quid referam immenso que tenditur equore vallem,
pia. Quam tuus eternis diuidit amnis aquis?
Montes. Intercisa tamen pars sine nomine ritus,
Tota viret pomis gramine tota viret.
Aëris pre cipua salu britas. Perflata hac Euris, Zephyris gentalibus illac,
Non peste aut alia tangitur ægræ lue.
Precipue iucunda noui cum tempora veris,
Malus odoratis purpurat alba rosis.
Collium mira ame nitas. Perpetui cingunt colles, viridante corona,
Nec nisi qua medius laberis vlla via est.
Grecia decantat mendax Phttolica Tempe,
Sed regio non est æquiparanda tua.
Hanc defessa animum cum lumine sèper erro,
Et iacet ante oculos obvia tota mcos.
Non mihi tam pulchro credas maiora Theatro
Gaudia, maiorem surgere lætitiam.


Quam

Quam Pompeiana si sti spectator arena, Et videam que sit penè referre nefas.	Compa ratio.
Hac genius mihi cuncta meus, cælumq; dederunt Cætera virtutis munera, & artis erunt.	
Aspice, quæ leuo rutilat mihi pectora parma: Hac nota deuictis durat ab Ausonijs.	
Qua claudor muris, qua mœnibus inclita surgo Vallis, & intactus vomere campus erat.	
Hac valle, hoc campo cecidit Romana iuuentus, Hæc arua infecit sanguine Cotta suo.	Romani exercitus ab Eburo- nibus fa- cta stra- ges.
Ergo hoc posteritas virtutem ornauit auorum Insigni, & portis hæc dedit arma nouis.	
Illa etiam robur maiorum imitata, decusq; Non semel hostili sanguine tinxit agros.	
Sed neque post Romanam floret locus alter in orbe, Quo plura emineant templa sacrata Deo.	Sacrarum Aedium frequētia & maie- stas.
Conuexis formosa tholis miranda columnis, Plenaque vel solo religiosa sono.	
Flaminibusq; habitata suis, quibus ampla recurrent, Annua non dubio præmia nexa solo.	
Hos inter genus omne virum, hic virtute parentum Nobilis, ille suo notior ingenio.	Cleri no- bilitas & doctrina.
Vis qui sensa Dei, cæliq; arcana reuelet? Qui doceat quid fas, quid fieriq; nefas?	
Sacrorum quæris canonum, legumq; peritos? Siste, sacerdotes res decet ista meis.	
Vis Epidauri doctum præcepta magistri? Aut Pelusiaca qui subit arte Polos?	
Vis Heliconiadum sequitur qui castra sororum? Flaminibus sunt hæc otia multa meis.	

Aedifici. *Mitto domos veterum veneranda Palatia patrum,*
orū splen. *Mitto opera artifici plurima ducta manu.*
dor. *Mitto & Pontificis (Marcanum opus) ardua noslri*
Incompa- *Atria, duplicitibus laxa peristylijs.*
randum
Principis *Sed vos caraboni mea pignora cara Quirites,*
Palatum *Ne sileam magno nomine iussit amor.*
Martia gens, semper duris exercita bellis,
Ciuium *Pro patrijs mortem docta subire focus.*
bellica
virtus. *Par tolerare famem & rebus praesentibus vti*
Libertate calens, ingeniosa, proba.
Viue diu felix, morbisq; orientibus obsta,
Difficiles morbi, fastus, & inuidia.
Te seruet, Princepsq; tuus, dominiq; sodales,
Et tua ne præter Iura tribunus eat.

F I N I S.





superficie umbrasim. quæque
punctis filis; eorumque rident. si
puncti sicut et ridentib; noe
cuntur neq; leviorib; sicut illud
est solida. Et hinc est quod
punctis ridentibus. et ridentib;
hic figuratur. et ridentibus
omnib; **L**evis tenuis. et ridentibus
Et hinc ridentibus. et ridentib;
bi figuratur. et ridentibus
pa similitudinem ridentibus
dubio utrum ridentibus
lato omnius unde ridentibus
centrali. et motu latitudinai
et ex ridentibus. **S**ed hinc
ridentibus. et ridentibus
et ridentibus. **R**espondit
falsa res. et
falsa res. et
falsa res.



fuisse. Deus Opt. Max. C.T. magnanimos ac generosos conatus, ad nominis sui gloriam, Patriæ salutem, ac totius Ecclesiæ suę stabilitatem immensa sua bonitate prouochere dignetur.

DE BOIORVM ORIGINE, REBUS GENESIS, ET BAVARIE præstantia.

Boiorum prima origo, ex Armenia ab authoribus classicis repetitur, qui scilicet inde paulò post diluvium in Vindeliciam, atque ad Istrum migrarint. Neque à verò id prorsus alienum videtur, cùm primi populorum motus, ab vniuersali terrarum inundatione, illic initium duxerint. Postquam autem in magnā gentem Boij excrevissent, gentis illius manus non exiguae in Galliam & Italiā exonerandę terre gratia abiisse, ubi Græcis postmodū, atq; Latinis scriptoribus, peracto Troiano bello, rerū præclaræ gestarum memoria, toti penè mundo innotuere. Originis huius fidē nobis

*Iohan. Auentinus
Bauariae chronogr.
Bernard. monachus
Chrembmonaste-
rien. &c.
Diodorus
Plin. Ptolomeus,
Cato, de originib.
&c.*

nobis facere videtur Bernardus, dum ex militibus sub Frederico, ab Asiatica expeditione domum reuersus, audiuit se se refert, procul ipsos in Asia ad Septentrionalem Armeniæ plagam, incolas reperisse, qui Boiorum sermonē exactè sonarent. quin & hodie pluri. *Vvolgan-*
mis Armeniorum corruptis vocabu- *lus Laz. i-*
lis Boios vti manifestum est. *us de gen-*
tiū trans-
migr. tra-
ctatu de
Boys.

D E B A V A R I A E I N S L
gnium ratione.

Bauariæ Insignium rationem, ex hac causa adferri posse, scribit Aventinus: Psammeticum videlicet Aegypti Regem, ut gentium antiquitatem experietur, duos recens natos infantes, pastori educandos tradidisse serio, etiā ne quisquā cum eis colloqueretur, interdixisse, quo factū est, ut cūm adoleuissent, fame aliquādo coacti, inclamauerint: Becha: quam vocē Scytharū ac Phrygū esse postquā intelligeret Rex, originis antiquitatē vltrò illis cōcessit. Atq; hæc dictio non solum Germaniæ aliquot populis etiamnum permanet, verū etiā Boiorum ipsi Principes, in